# CL. CLAVDIANVS,

## THEOD. PVLMANNI CRANEBVRGII

Diligentia, & fide ſumma, è ve-
tuſtis codicibus reſtitutus.

nº 4,996

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini.
CIↃ. IↃ. LXXXV.

LIB. DEL D. L. MARCO
Ayuntamiento de Madrid

## NOTARVM EXPLICATIO.

P. THEOD. *Pulmanni liber, in quo de Probini, & Olybrij Conſulatu panegyris, laus Serenæ, laus Herculis, epithalamium Palladij & Serenæ, Gigantomachia, epiſtolæ, & epigrammata deſiderabantur.*

C. CHRIST. PLANTINI, *in quo opera omnia, ſed quæ ſuprà enumerauimus, recentiori manu adſcripta erant, præter quàm laus Herculis, laus Chriſti, miracula Chriſti, quæ hic quoque decrant.*

I. IACOBI *Pamelij, qui tres libros de raptu Proſerpinæ, laudem Serenæ, laudem Herculis, epithalamium Palladij & Serenæ, Gigantomachiam, epiſtolas, & epigrammata non habebat.*

G. GVLIELMI *Gentij, de raptu Proſerpinæ.*

L. LEODIENSIS *collegij S. Iacobi, de raptu Proſerpinæ.*

B. MICHAELIS *Iſingrinij, Baſileæ editus anno* CIↃ.IↃ.XXXIIII.

# MAGNIFICO, ET ORNATO VIRO CORNELIO *Pruenen Antuerpiano, Theod. Pulmannus Craneburgius* S. D.

QVANQVAM, Corneli Pruenen, te ſciam pro iſta tuæ ætatis maturitate, philoſophorum magis lectione gaudere, & in iis præ ceteris omnibus Ciceronem delegiſſe præmonſtratorem: cuius non modò ſapientiam de Græcis fontibus hauſtam auidiſſimè imbibere numquam ceſſas: ſed beatiſſimam etiam dictionem ita imitaris, vt vix videam, cui ſecundus queas haberi: non putaui tamẽ me moleſtum iſtis tuis ſtudiis fore, ſi ad animi tui remiſſionem poëtam tibi quẽdam obtuliſſem: non illum quidem ex mollioribus illis, & lumbos ſcalpentibus, ſed talem, vt plurima eius argumenta hiſtoriam contineant cùm ſemper cognitu digniſſimam, tum



Ayuntamiento de Madrid

hoc maximè tempore, quo & Stilicones, & Rufinos in præſentibus rebus inuenire licet. Eſt enim is, quem tibi legēdum propono, Claudianus: quem vt antea te perlegiſſe non dubitem, rogo tamen vt nunc rurſus cognoſcas, & cernas ecquid meo labore in eo caſtigando profecerim. Neque enim iccirco hanc meam opellam tibi primùm oſtendendam, inſcribendamq́ue arbitrabar, quòd inde ornamenti aliquid acceſſurum nomini tuo crederem: ſed quò te cenſorem, & Ariſtarchum haberem: quandoquidem ſcirem, quæ iudicio tuo acutiſſimo, limatiſſimoq́ue probaſſem, ea apud alios minimè notatum iri vel erroris, vel negligentiæ, vel temeritatis. Vt autem id mihi perſuaderem, tu ipſe cauſſam præbuiſti. Cùm enim ſuperioribus diebus Ioannes Goropius Becanus, affinis tuus, me ad te deduxiſſet, quò me & patrocinio tuo, & Læuini

Torrentij

Ayuntamiento de Madrid

Torrentij archidiaconi Brabantiæ, qui tum hoſpitio tuo excipiebatur, inſinuaret, ea ad menſam tuam doctiſſimis viris ornatam inter cetera dixiſti, de quibus nemo non intelligeret, quanto acumine in poëtis legendis, iudicandisq́ue eſſes; quantaq́ue felicitate eos imitareris. Recitabas enim occaſione ita ferente, vt varij erant de omni litterarum genere ſermones, carmen illud Catulli nuptiale: quo licet aures, pro eo atque mirifica eius dulcedo eſt, maiorem in modum demulcerentur, cùm tamen interpretationem tuam Cimbricis metris concinnatam ſubiungeres, bonæ Muſæ, quæ tum facta eſt animorum conuerſio? Exclamabant vno ore omnes, velut Aganippæo liquore poti, furentesq́ue, verſus tuos ipſis Catullianis, quos conuertiſſes, longè eſſe & elegantiores, & ſuauiores. Deerant inter eos depurgatæ aures ſcilicet: inter quos



Ayuntamiento de Madrid

Læuinus Torrentius, & Becanus, vt ceteros omittam: quibus acutas Satyrorum aures eſſe nemo, qui modò noſſet, negaret. Meritò itaq. te laboris mei, quem in Claudiani exemplari corrigendo poſui, & iudicem, &, ſi dignus videatur, patronum delegi. Quamuis autem in emendando non ſim, quantum voluerim, aſſecutus, diligentiam tamen, & ſummam fidem in vetuſtis codicibus conferendis præſtiti: quos ſic ſemper ſum ſecutus, vt nihil meis coniecturis tributum velim. Vſus ſum libris aliquot calamo exaratis: quorum ſingulos ſuis notis indicaui. Quòd ſi hanc meam opellam boni cõſulas, vt ſumma tua humanitàs, & ſingularis erga litterarũ ſtudioſos beneuolentia non pollicetur modò, ſed etiam ſpondet, ſatis mihi magnum laboris mei pretium tuliſſe videbor. Vale. Antuerpiæ, VI. Kalendas Ian. Anno CIↃ. IↃ. LXX.

A. GRA-

# A. GRAPHEI IN RESTITVTVM CLAVDIANVM PER THEOD. PVLMANNVM, AD IVVENTVTEM CARMEN.

IN veſtros iuuenes iterum Pulmannus in vſus
Egregius, multa vigilatos nocte, labore
Ingenuo partos, iucunda in munera ſeruꝰ,
Eximios edit ſerus: quos pectore promit
Fecundo, & largè ſundit prædiuite vena.
Namque, Paretonij cedro digniſſima vatis
Carmina, quæ longo per ſæcula longa veterno
Hactenus, at laudata tamen, doctaq; virorum
Trita manu, grauiter torpentia viſa fuere:
Ornatu, haud paſſus ſoliers inculta iacere
Talia, diuino, abſterſis illuſtria næuis
Reddidit, atque ea natiuo, proprióque decori
Reſtituens, labe infecta purgauit ab omni.
Haud aliter, quàm, cui formoſos cura colendi
Eſt hortos, tepidi ſecundior aura Fauoni
Quos alit, heic illic, is ſi conſpexerit inter
Corycium, caſiásque, immortalesq; amaranthos,
Fragrantemq; thymum, violasq;, & cãdida paſſim

Lilia, ſilueſtres, & acuta cuſpide ſentes,
Et lolium infelix, lappasq; & inutile gramen
Surgere, vicinas quæ luxuriantibus herbas
Et foliis vmbráque premunt, Phœbiq; calentis
Munera præripiunt, dextra, digitisq; ſequentes
Euellit paſsim, & ruptis radicibus aufert.
Conſpicuum decorat meritis, & honoribus hortum:
Vt nitido iaceat cultu, pulcróque politus
Ordine: qui facie quemuis delectet amœna.

Hæc ergo ô iuuenes, lætis complexibus eia,
Accipite: hæc vos non vmquam, de carmine mendis
Et mille & mille exemtis, legiſſe pigebit:
Perpetua aut triuiſſe manu purgata. proinde,
Ingenuas vos ô pura qui mente Camenas
Diligitis, cupidis votis optate, merenti
Mæcenas contingat ei largúsque, benignúsque,
Ipſum qui foueat, qui dia det otia: namque
Otia amant Muſæ: dabitur ſic certa facultas
Currentes illi in ſtudiis melioribus horas
Ponere, iisq; dies, noctésque impendere totas:
Vnde ſimul fructus ſuaueis, prædulcia læti
Commoda capturi, fuluo mage grata metallo.

CL.

Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI VITA EX LILII GREGORII GYRALDI de Latinis poëtis Dialogo IIII.

CL. CLAVDIANVS *Theodoſij, & filiorum Arcadij & Honorij temporibus floruit. Patria ei fuit Alexandria Aegyptia, id quod & Suidæ, & aliorum teſtimonio facilè cognoſcimus, idem & ſuis ipſe carminibus comprobat, vt cùm cecinit.*

——— & noſtro cognite Nilo.

*Quidam tamen inſulsè eum Hiſpanum, alij Florentinum exiſtimauere. Franc. Petrarcha, & Landinus, nulla, vt reor, auctoritate nixi, vt in eiuſmodi re opus erat, Florentinum Claudianum arbitrantur, fuiſſe patre natum mercatore, qui ob Italiæ bella, quæ tum fortè erant, in Aegyptum ſeceßit, quo in loco, ducta vxore, Claudianum filium genuit. Quibus & Politianus amore, vt puto, regionis, his verſibus aſſentitur.*

Aut Peluſiaci miſſum de plebe Canopi,
Pulcra ſuum quem nunc Florentia iactat alumnum,
Gaudentem Stygio dominam iunxiſſe marito.

*Idem & Florentinorum olim ſcriba P. Collutius.*

Ægypto genitum noua me Florentia ciuem
Legibus agnouit, magnis iam digna poëtis.



Ayuntamiento de Madrid

Infernos raptus Cereris, pugnasque Deorum,
Cæſareas laudes, nec non Stiliconis honores,

*& reliqua. Et ex Aegypto illum ſcribit his verſiculis Sidonius Apollinaris.*

Non Peluſiaco ſatus Canopo,
Qui ferrugineos toros mariti,
Et Muſa canit Inferos ſuperna.

*Florentino, viro clariſſimo, & inſigni, in litterarum omne genus gratiſſimus fuit. Cuius quidem Florentini apud Græcos quædam in re ruſtica leguntur, quæ ab Herone, & Conſtantino afferuntur, eius & inter legum ſcriptores non rara mentio. Ad hunc eundem Florentinum & Claudiani exſtat elegia, cuius eſt hoc principium.*

Otia ſopitis ageret cùm cantibus Orpheùs,
Neglectumque diu depoſuiſſet opus.

*Non multis ab hinc annis, Romæ, in ruinis vetuſtum marmor repertum fuit, quod ſtatuæ Claudiani ſuppoſitum fuiſſe, Pomponius Lætus, aliique viri antiquitatis periti credidere, cum huiuſmodi inſcriptione.* CL. CLAVDIANO V. C. CL. *Claudiano* V. C. *Tribuno, & notario, inter ceteras ingentes artes præglorioſiſſimo poëtarum, licet ad memoriam ſempiternam carmina ab eodem ſcripta ſufficiant, attamen teſtimonij gratia, ob iudicij ſui fidem* DD. NN. *Arcadius, & Honorius, feliciſſimi, & doctiſſimi Imperatores, Senatu petente, ſtatuam in foro Diui Traiani erigi, collocarique iuſſerunt.*

Ετι ἐνὶ

Ayuntamiento de Madrid

Ἐν ἑνὶ Βιργιλίοιο νόον καὶ μοῦσαν Ὁμήρου,
Κλαυδιανὸν Ῥώμη καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.

*Cognoſcite quanto in pretio fuerit Claudianus, cùm in eo vno & Virgilij mentem, & Homeri Muſam fuiſſe teſtentur doctiſſimi Imperatores. Huius quidem ſtatuæ, & epigrammatis meminit ipſe idem Claudianus, in quadam præfatione, cùm inquit.*

Sed prior effigiem tribuit ſucceſſus aënam,
Oraque patricius noſtra dicauit honos.
Annuit his Princeps, titulum poſcente Senatu.

*& reliqua. Chriſtophorus Landinus Claudianum Chriſtianæ pietati addictum aſſirmat fuiſſe: illum enim ſcribit, primo quidem tempore Dijs gentium initiatum, verùm mox mutata in melius ſententia, Chriſtianum factum. Ob illud videlicet, vt reor, ipſius epigramma ad Chriſtum Deum.*

Chriſte potens rerum, redeuntis conditor æui,
Vox ſummi, ſenſusque Dei: quem fudit ab alta
Mente Pater, &c.

*Idem & alij non nulli aſſerunt, qui & alia Claudiani poëmata ad Chriſtum afferunt, vt illud.*

Proles vera Dei, cunctisque antiquior annis,
Nunc genitus, qui ſemper eras.

*Et item alia, quæ paullò antè ſunt in Germania publicata. Sed enim qui eadem ferme Claudiani ætate claruerunt, Aurel. Auguſtinus, & P. Oroſius, id ex toto falſum eſſe docent. Ab illo enim in V. de ciuitate Dei, Claudianus à Chriſti nomine alienus dicitur: ab hoc in hiſtoriis paganus, vt eius*

verbis

Ayuntamiento de Madrid

verbis vtar, & quidem pernicaciſſimus, cum quibus & hac in re Paulus Diaconus conuenit. Quibus vſque adeò maior eſt fides habenda, quàm Landino, & noſtræ tempeſtatis ceteris. Illa etiam ego carmina vel alterius Claudiani putem, vel potius in Chriſtianiſſimi Imperatoris gratiã compoſita. nam & Trebonianus, ſi Suidæ ſtamus, à Chriſti religione alienus, ex Iuſtiniani Imperatoris ſententia in Pandectis, de Chriſto, & Trinitate admiranda ſcripſit. Compoſuit verò multa Claudianus, quæ in manibus habentur, inter quæ & nonnulla Græca, vt Gigantomachiam, ex qua & Græcos verſus legimus, vt hi ſunt, quos Arſenius in ſuis apophthegmatis adducit, quod argumentum & Latinè tractauit, vel potius inchoauit. Exſtat & Claudiani Græcorũ epigrammatũ volumẽ, de cryſtallo verſus, qua de re eiuſdem & Latini leguntur. Exſtat itẽ poëma de Aetna monte, quod an ipſius legitimũ ſit, nec probare, nec refellere auſim. ex antiquiſſimo certè, & caſtigato codice, qui Franciſci Petrarchæ fuiſſe creditur, illud ego ipſe exſcripſi. Hæc cùm dixiſſem, ratus de Claudiano haud me plura dicturũ, ſic Piſo ait. Iſtius ego poëtæ à primis vſque annis ſtudioſus fui: eius enim mihi carmẽ non ſonorum modò, & elegans, ſed & floridum ſemper viſum eſt. Idem dicere velle videbatur puer Picus: cùm ego. Nec equidem puer ego vnquam Claudiani verſus contemſi: ſed cùm minimè

*mè numeros, & liniamenta variet, idémque ſit vbique, ab aliquibus eo nomine in ordinem redigitur. At ſi cui fortè illius numeri ſatis placent, placeant: eius certè flacceſcit inuentio. Nam cùm primo animi impetu, vt videmus, pulcrè materiam apparet, & animoſiùs feratur, mox tamquam ventus hominem deficit, nec principiis ſatis poſtrema reſpondent. Omnino tamen, vt Piſo dicebas, eſt poëta canorus, volubilis, & valde dulcis: ſed certè parum idoneus, dignusq́; vt tantopere illum imitari ſtudeatis. Sunt quidem in eo, ſi cum delectu decerpantur, flores, qui mirum dictu eſt, quàm vobis prodeſſe poßint. Sed de his ſatis, ne viribus maiora tractemus.*

*Fuit & alter Claudianus Mamercus Viennenenſis, ex Gallia, quem miris laudibus effert Sidonius Apollinaris: eum enim excelluiſſe ait cùm in omnī poëtica, tum etiam in omni philoſophia, & theologia. De quo haud mihi in præſentia ſunt vobis plura dicenda, cùm, ſi Sidonij epiſtolarum librum quartum legeritis, tertiam inuenietis totam in laudes ipſius Claudiani eſſe compoſitam: vndecimam verò in eius iam defuncti commendationem, eiusq́; epitaphium. Eiuſdem præterea Gennadius in libro illuſtrium virorum meminit. Legi ego huius Claudiani librum de ſtatu animæ, in quo multa bonæ frugis documenta, ac doctrinæ recondita reperi.*

*Sunt*

Ayuntamiento de Madrid

*Sunt & qui ea, quæ de Chriſto carmina leguntur, non prioris Claudiani, ſed huius poſterioris eſſe affirment, ea in primis ratione perſuaſi, quòd & varius ſit ſtylus, & quòd ille, vt diximus, à Chriſtiana pietate fuerit alienus: doctiorum tamen eſto hæc cenſura. & huc vſque de vtroque Claudiano.*

# IVLIVS CAESAR SCALIGER POETICES Lib. VI.

MAXIMVS *poëta Claudianus, ſolo argumento ignobiliore oppreſſus, addit de ingenio quantum deeſt materiæ. Felix in eo calor, cultus non inuiſus, temperatum iudicium, dictio candida, numeri non affectati, acutè dicta multa ſine ambitione.*

CL.

# CL. CLAVDIANI
## OPERVM INDEX


DE raptu Proſerpinæ, Lib. III.
In Rufinum, Lib. II.
In Eutropium, Lib. II.
De bello Gildonico, Lib. I.
De bello Getico, Lib. I.
De Conſulatu Honorij, Lib. III.
De Conſolatu Mallij Theodori, Lib. I.
De laudibus Stiliconis, Lib. III.
De Conſulatu Probini, & Olybrij, Lib. I.
Feſcenina in nuptiis Honorij, & Mariæ.
De nuptiis Honorij, & Mariæ.
Laus Serenæ.
Laus Herculis.
Epithalamium Palladij, & Serenæ. i. carmen thalami
Gigantomachia.

EPISTOLARVM.

Ad Hadrianum.
Ad Serenam.
Ad Olybrium.
Ad Probinum.
Ad Gennadium Proconſulem.

EPIGRAMMATΩN.

Phœnix.
Magnes.
Aponus.
Nilus.
Hyſtrix.
De ſene Veronenſi.
In Alethium quæſtorem.
De mulabus Gallicis.
In Curetium.
In eundem
In eundem,




Ayuntamiento de Madrid

De apro, & leone.
De locuſta.
De torpedine.
De phaleris equi Honorij.
De concha.
De muneribus Honorio Imp. miſſis.
De equo Honorij.
De cryſtallo.
De eodem.
In ſphæram Archimedis.
De Byrrho, & Caſtoreo.
De ſepulcro Speciosæ.
De balneis Quinctianis.
Deſcriptio portus Zarinenſis.
Ad Æternalem.
Deſcriptio armenti.
Deſcriptio inſulæ.
De iracundo.
De quadriga marmorea.
De Polycaſte, & Perdice.
In podagrum.
Ad Maximum.
De paupere amante.
De eodem.
De Amphinomi, & Anapij piorum fratrũ ſtatuis.
De Theodoro, & Hadriano.
In Sirenas.
In Iacobum magiſtrum equitum.
De Chriſto ſeruatore elogium.
Laus Chriſti.
Miracula Chriſti.

FINIS.



Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI IN LIBRVM I. DE RAPTV PROSERPINAE AD FLORENTINVM,

## PRAEFATIO.

INVENTA *ſecuit primus qui naue profūdum,*
*Et rudibus remis ſollicitauit aquas:*
*Qui dubiis auſus committere flatibus alnum,*
*Quas natura negat, præbuit arte vias.*
*Tranquillis primum trepidus ſe credidit vndis,*
*Litora ſecuro tramite ſumma legens.*
*Mox longos tentare ſinus, & linquere terras,*
*Et leni cœpit pandere vela Noto.*
*Aſt vbi paullatim præceps audacia creuit,*
*Cordaque languentem dedidicere metum.*
*Iam vagus* [a] *irrupit pelago, cælumque ſecutus* a. exultat B.
*Ægeas hiemes, Ioniumque domat.*



Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI DE RAPTV PROSERPINAE

## LIBER I.

*INferni raptoris equos, afflataque curru*
*Sidera Tænario, caligantesque profundæ*
*Iunonis thalamos audaci* [a] *promere cantu*
*[b] Mens congeſta iubet. greſſus remouete profani.*
*Iam furor humanos noſtro de pectore ſenſus*
*Expulit, & totum ſpirant præcordia Phœbum.*
*Iam mihi cernuntur trepidis delubra moueri*
*Sedibus, & claram diſpergere culmina lucem,*
*Aduentum teſtata Dei. iam magnus ab imis*
*Auditur fremitus terris, templumque remugit*
*Cecropidûm, ſanctasque faces extollit Eleuſis.*
*Angues Triptolemi ſtridunt, & ſquamea curuis*
*Colla leuant attrita iugis, lapſuque ſereno*
*Erecti roſeas tendunt ad carmina criſtas.*
*Ecce procul ternis Hecate variata figuris*
*Exoritur, [c] letusque ſimul procedit Iacchus*
*Crinali florens edera, quem Parthica velat*
*Tigris, & auratos in nodum colligit vngues:*
*Ebria Mæoniis fulcit veſtigia thyrſis.*
*Dij, quibus in numerũ vacui famulãtur Auerni*
*Vulgus iners, opibus quorum donatur auaris*
*Quidquid in orbe perit, quos Styx liuentibus ambit*
*Interfuſa vadis, & quos fumantia torquens*
*Æquora, vorticibus Phlegethon perlaſtrat anhelis:*
*Vos mihi ſacrarum penetralia pandite rerum,*

a. prodere. quod nõ eſt in antiquis codicibus habet B.
b. Sic Plato in Phædone. συνηθροισμένη ψυχὴ αὐτὴ εἰς αὑτήν. Vide Brodeum Miſcellaneorũ li. I ca. IIII. & Coſtantini Lexicõ in vocabulo συναθροίζω: Verùm hac phraſi, Mens cõgeſta, Scaligero Poeticeslib. VI. cap. V. non placet, quã doctis examinãda relinquo. cõcuſſa, refragantibus libris antiquis, legit B.
c. lenitque C. G.

Et

Et veſtri ſecreta poli, qua lampade Ditem
Flexit Amor, quo ducta ferox Proſerpina [a] curru a. raptu P.C.G.L.
Poſſedit dotale Chaos, quantaſque per oras
Sollicito genitrix errauerit anxia curſu.
Vnde datæ populis fruges, & glande relicta
Ceſſerit inuentis Dodonia quercus ariſtis.
Dux Erebi quondam tumidas exarſit in iras
Prælia moturus Superis, quod ſolus egeret
[b] Connubiis, ſterileſque diu conſumeret annos, b. Conubiis C. G.L.
Impatiens, neſcire torum, nullaſque mariti
Illecebras, nec dulce patris cognoſcere nomen.
Iam quæcumque latent ferali monſtra Barathro,
In turmas, aciemque ruunt, contraque Tonantem
Coniurant Furiæ, crinitaque ſontibus hydris
Tiſiphone quatiens infeſto lumine pinum,
Armatos ad caſtra vocat pallentia Manes.
Pæne reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupiſſent elementa fidem, penituſque reuulſo
Carcere, laxatis pubes Titania vinclis,
Vidiſſet cæleſte iubar, rurſuſque cruentus
Ægæon poſitis [c] arcto de corpore nodis c. areto G.
Obuia centeno vexaſſet fulmina motu.
Sed Parcæ vetuere minas, orbique timentes
Ante pedes, ſoliumque ducis fudere ſeueram
Canitiem, genibuſque ſuas cum ſupplice [d] fletu d. vultu P.G.L.
Admouere manus, quarum ſub iure tenentur
Omnia, quæ ſeriem fatorum pollice ducunt,
Longaque ferratis euoluunt ſæcula penſis.
Prima fero Lacheſis clamabat talia Regi
Incultas diſperſa comas: ô maxime noctis
Arbiter, Vmbrarumque potens, cui noſtra laborant
Stamina; qui finem cunctis, & ſemina præbes;



Ayuntamiento de Madrid

Naſcendique vices alterna morte rependis:
Qui vitam, letumque regis. nam quidquid vbique
Gignit materies, hoc te donante creatur,
Debeturque tibi, certiſque ambagibus æui
Rurſus corporeos animæ [a] mittuntur in [b] artus. (a. mutantur G. b. ortus B.)
Ne pete firmatas pacis diſſoluere leges,
Quas dedimus, neuitque colus: neu fœdera fratrum
Ciuili conuerte tuba. cur impia tollis
Signa? quid [c] inceſtis aperis Titanibus auras?
Poſce Iouem, dabitur coniux. vix ille pepercit,
Erubuitque preces, animuſque relanguit atrox,
Quamuis indocilis flecti. ceu turbine rauco,
Cùm grauis armatur Boreas, glacieque niuali
Hiſpidus, & Getica concretus grandine pennas
Flare cupit, pelagus, ſiluas, campoſque ſonoro
Flamine rapturus: ſi fortè aduerſus ahenos
Æolus obiecit poſtes: vaneſcit inanis
Impetus, & fractæ redeunt in clauſtra procellæ.
[d] Tum Maia genitū, qui feruida dicta reportet, (d. Tunc P.G.)
Imperat acciri. Cyllenius adſtitit ales
Somniferam quatiens virgam, tectuſque galero.
Ipſe rudi fultus ſolio, nigraque verendus
Maieſtate ſedet, ſqualent immania fœdo
Sceptra ſitu, ſublime caput mæſtiſſima nubes
Aſperat, & diræ riget inclementia formæ.
Terrorem dolor augebat. tunc talia celſo
Ore tonat, tremefacta ſilent dicente tyranno
Atria, latratum triplicem compeſcuit ingens
Ianitor, & preſſo lacrymarum fonte reſedit
Cocytus, tacituſque Acheron obmutuit vndis,
Et Phlegethonteæ requierunt murmura ripæ.
Atlantis Tegeæ nepos, commune profundis,

Et

Ayuntamiento de Madrid

Et ſuperis numen, qui fas per limen vtrumque
Solus habes, geminoque facis commercia mundo
I celer, & proſcinde Notos, & iuſſa ſuperbo
Redde Ioui. Tantum ne tibi ſæuiſſime fratrum
In me iuris [a] erit. [b] ſi nobis noxia vires
Cum cælo fortuna [c] tulit, [d] non robur, & arma
[e] Perdidimus. ſi rapta dies, an fortè iacentes,
Ignauosque putas, quòd non Cyclopea tela
Stringimus, aut [f] vanas tonitru deludimus auras?
Nónne ſatis viſum eſt, grati quod luminis expers
Tertia ſupremæ patior diſpendia ſortis,
Informesque plagas, cùm te lætiſſimus ornet
Signifer, & vario cingant ſplendore Triones?
Sed thalamos etiam prohibes? Nereia [g] glauco
Neptunum gremio complectitur Amphytrite:
Te conſanguineo recipit poſt fulmina feſſum
Iuno ſinu. quid enim narrem [h] Latonia furta?
Quid Cererē, magnamq; Themin? tibi tanta crean-
Copia: te felix natorum turba coronat:
Aſt ego deſerta mærens inglorius aula
Implacidas nullo ſolabor pignore curas?
Non adeò toleranda quies. primordia teſtor
Noctis, & horrendæ ſtagna intemerata paludis,
Si [i] dicto parere negas, patefacta ciebo
Tartara, Saturni veteres laxabo catenas:
Obducam tenebris [k] lucem: compage ſoluta
Lucidus vmbroſo miſcebitur [l] axis Auerno.
Vix ea fatus erat, iam nuntius aſtra tenebat.
Audierat mandata pater, ſecumque volutat
Diuerſos ducens animos, quæ tale ſequatur
Coniugium, Stygioſque velit pro Sole receſſus.
Certa requirenti tandem ſententia ſedit.

a. habes? Parrh.
b ſic P.C. G.L
c tulit? P C.G.I.
d. num L.
e. Perdidimus? L.
f. vano non nulli Parrh.
g. glaucū G.C.
h. latitātia ſunt qui legant. Parrh.
i. dictis P. C.G L.
k ſolem: P. C. G L.
l. ēr. B.

[a] *Ætnææ Cereri proles optata virebat*
*Vnica; nec tribuit ſobolem Lucina ſecundam,*
*Feſſaque poſt primos hæſerunt viſcera partus,*
*Infecunda quidem; ſed cunctis altior exſtat*
*Matribus, & numeri damnum Proſerpina penſat.*
*Hanc fouet: hãc ſequitur. vitulã non blãdiùs ambit*
*Torua parens; pedibus quæ non dum proterit arua,*
*Nec noua Lunatæ curuauit* [b] *germina frontis.*
*Iam vicina toro plenis adoleuerat annis*
*Virginitas, tenerum iam pronuba flama pudorem*
*Sollicitat: miſtaque tremit formidine votum.*
*Perſonat aula procis: pariter pro virgine certant.*
*Mars clypeo melior, Phœbus præſtantior arcu.*
*Mars donat Rhodopen; Phœbus largitur Amyclas,*
*Et Delon, Clarioſque Lares. hinc æmula Iuno,*
*Hinc poſcit Latona nurum. deſpexit vtrumque*
*Flaua Ceres, raptuſque timens, heu cæca futuri,*
[c] *Commendat Siculis furtim ſua pignora terris,*
*Infidis natam Laribus commiſit alendam.*
*Æthera deſeruit, Siculaſque relegat in oras*
*Ingenio confiſa loci. Trinacria quondam*
*Italiæ pars vna fuit: ſed Pontus, & æſtus*
*Mutauere ſitum. rupit confinia Nereùs*
*Victor, &* [d] *abſciſſos* [e] *interluit æquore montes:*
*Paruaque cognatas prohibent diſcrimina terras.*
*Nunc illam* [f] *ſociæ* [g] *raptam tellure triſulca*
*Opponit natura mari. caput inde Pachyni*
[h] *Reſpicit Ionias protentis rupibus iras.*
*Hinc latrat Gætula Thetis, Lilybæaque pulſat*
[i] *Brachia conſurgens; hinc dedignata* [k] *teneri*
*Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.*
*In medio ſcopulis ſe porrigit Ætna peruſtis:*

a. Ennææ Gyraldus De Diis Gentium ſyntag. 14.
b. cornua P.C.L.
c. Hũc verſum nõ habent. C.G.
d. abſciſos C.G.L.
e. interfluit P.G.L.
f. ſociam P.C G. L.
g. rupta P. L. rapta C.
h. Reſpuit P.C.G.L.
i. litora B.
k. moueri



Ayuntamiento de Madrid

*Ætna Gigantæos numquam tacitura triumphos,*
*Enceladi buſtum, qui ſaucia [a] membra reuinctus*
*Spirat in exhauſtum flagranti [b] pectore ſulphur,*
*Et quoties [c] detrectat onus ceruice rebelli*
*In [d] dextrum, leuumque latus: tunc inſula fundo*
*Vellitur, & dubie nutant cum mœnibus vrbes.*
*Ætnæos apices ſolo cognoſcere viſu,*
*Non aditu tentare licet. pars cetera frondet*
*Arboribus: teritur nullo cultore cacumen.*
*Nunc [e] mouet indigenas nimbos piceaq. grauatum*
*Fœdat nube diem: nunc motibus aſtra laceſſit*
*[f] Terrificis, damniſque ſuis incendia nutrit.*
*Sed, quamuis nimio feruens exuberet æſtu,*
*Scit niuibus ſeruare fidem, pariterque fauillis*
*Dureſcit glacies tanti ſecura vaporis,*
*Arcano defenſa gelu, fumoque fideli,*
*Lambit contiguas innoxia flama pruinas.*
*Quæ ſcopulos tormēta [g] rotent? quæ tāta cauernas*
*Vis [h] glomeret? quo fonte [i] ruat Volcanius ignis?*
*Siue quòd obiicibus diſcurrens ventus opertis,*
*Offenſo per ſaxa furit rimoſa meatu,*
*Dum ſcrutatur iter, libertatemque repoſcens,*
*Putrida multiuagis populatur flatibus antra:*
*Seu mare ſulfurei ductum per viſcera montis*
*Oppreſſis igneſcit aquis, & pondera librat.*
*[k] Heic vbi ſeruandum mater fidiſſima pignus*
*Abdidit, ad Phrygios tendit ſecura Penates,*
*Turrigeramque petit Cybelen, ſinuoſa draconum*
*Mēbra regens, [l] volucrique per auia nubila tractu*
*Signant, & placidis humectant frena venenis.*
*Frontem criſta tegit: pingunt maculoſa virentes*
*Terga notæ: rutilum ſquamis intermicat aurum.*

a. terga P. C.G L.
b. *legitur &* gutture *Parrh.* vulnere fulmen. P. C.G. L. vulnere virus B.
c. deiectat B.
d. læuum, dextrũue C. L. dextrũque G.
e. vomit B.
f. Fumificis G.
g. rotant? P.C.G.L.
h. glomeras P. C. G L.
i. ruit P. C.G.L.
k. Hinc L.
l. volucri qua peruia P.C.G L.

a. lenes B. *Nunc [a] ſpiris Zephyros tranant: nunc arua volatu*
*Inferiore ſecant. cano rota puluere labens*
*Sulcatam fecundat humum: flaueſcit ariſtis*
b. Condũt *Orbita: ſurgentes [b] ſcindunt veſtigia [c] fruges.*
P.C.G.L. *Veſtit iter comitata ſeges, iam linquitur Ætna,*
c. meſſes P. culmi *Totaque decreſcit refugo Trinacria viſu.*
B. *Heu quoties præſaga mali violauit oborto*
*Rore genas: quoties oculos ad tecta retorſit.*
*Talia voce mouens. ſalue gratiſſima tellus,*
*Quam nos prætulimus cælo: tibi gaudia noſtri*
*Sanguinis, & caros uteri commendo labores.*
*Præmia digna manent, nullos patiere ligones,*
*Et nullo rigidi verſabere vomeris ictu.*
*Sponte tuus florebit ager ceſſante iuuenco:*
*Ditior oblatas mirabitur incola meſſes.*
*Sic ait, & fuluis ſerpentibus attigit [d] Iden.*
d. Idam. P.C.G.L. *Heic ſedes [e] anguſta deæ, templique colendi*
e. anguſta P.L. *Relligioſa ſilex: denſis quam pinus obumbrat*
*Frondibus, & nulla lucos agitante procella*
*Stridula coniferis modulantur carmina ramis.*
*Terribiles intus thyaſi, veſanaque miſto*
*Concentu delubra gemunt: vlulatibus Ide*
*Bacchatur: timidas inclinant Gargara ſiluas.*
*Poſtquam viſa Ceres: mugitũ tympana frenant.*
*Conticuere chori: Coribas non impulit enſem.*
*Non buxus, non æra ſonant, blandique leones*
*Summiſere iubas. adytis gauiſa Cybelle*
.extendit *Exſilit, & pronas [f] intendit ad oſcula turres.*
P.G.L. *Viderat hæc dudum ſumma ſpeculatus ab arce*
g. pandit. *Iupiter, & Veneri mentis penetralia [g] nudat.*
G. pandit penetralia *Curarum ſecreta tibi Cytherea fatebor.*
mentis P. *Candida Tartareo nuptum Proſerpina Regi*

*Iam*

Ayuntamiento de Madrid

[a] Iam dudum decreta dari. ſic Atropos vrget: — a. Iam pridem P. C. G.L.
Sic cecinit longæua Themis. nunc matre remota
( Rem peragit tempus ) fines inuade Sicanos,
Et Cereris prolem patulis illudere campis,
Craſtina puniceos cùm lux detexerit ortus,
[b] Coge tuis armata dolis : quibus vrere cuncta, — b. Falle B.
Me quoque ſæpe ſoles. cur vltima regna quieſcunt?
Nulla ſit immunis regio , nullumque ſub Vmbris
Pectus [c] inacceſſum Veneri. iam triſtis Erinnys — c. in accẽſum L.
Sentiat ardores : Acheron , Ditiſque ſeueri
Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis.
Accelerat præcepta Venus , iuſſuque parentis
Pallas , & inflexo terret quæ Mænala cornu
Addunt ſe comites. diuino ſemita greſſu
[d] Claruit. augurium qualis laturus in orbem — d. Cãduit B.
Præceps ſanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens. non illum nauita tutò,
Non impune vident populi : ſed crine minaci
Nunciat aut ratibus ventos , aut [e] vrbibus hoſtes. — e. nubibus ignes. Parrh.
Deuenere locum , Cereris quà tecta nitebant,
Cyclopum firmata manu. ſtant ardua ferro
Mœnia , ferrati poſtes , immenſaque nectit
Clauſtra chalybs. nullum tanto ſudore Pyracmon,
Nec Steropes conſtruxit opus : nec talibus vmquam
Spirauere notis animæ : nec [f] flumine tanto — f. flamine P C.G L.
Incoctum maduit laſſa [g] ceruice metallum. — g. fornace B.
Atria cingit ebur , trabibus ſolidatur aënis
Culmen , & in celſas ſurgunt electra columnas.
Ipſa domum tenero mulcens Proſerpina cantu,
Irrita texebat rediture munera matri.
Heic elementorum ſeriem , ſedeſque paternas
Inſignibat acu : veterem qua lege tumultum



Ayuntamiento de Madrid

*Diſcreuit natura parens, & ſemina iuſtis*
*Diſceſſere locis. quidquid leue fertur in altum:*
*In medium grauiora cadunt. incanduit æther:*
*Egit flama polum: fluxit mare: terra pependit.*
*[a] Nec color vnus [b] erat. Stellas accendit in auro,*
*Oſtro fundit aquas, attollit litora gemmis,*
*Filaque mentitos [c] ſubter [d] celantia fluctus,*
*Arte tument. credas illidi cautibus [e] algam,*
*Et raucum bibulis inſerpere murmur arenis.*
*Addit quinque plagas: mediam ſubtemine rubro*
*Obſeſſam feruore notat, ſqualebat aduſtus*
*Limes, & aſſiduo ſitiebant ſtamina Sole.*
*Vitales vtrimque duas: quas mitis oberrat*
*Temperies habitanda viris, cùm fine ſupremo*
*Torpentes traxit geminas, brumaque perenni*
*Fœdat, & æterno [f] conſtringit frigore telas.*
*Nec non & patrui [g] pingit ſacraria Ditis,*
*Fataleſque ſibi Manes: nec defuit omen:*
*Præſcia nam ſubitis maduerunt fletibus ora.*
*Cœperat & vitreis ſummo iam margine texti*
*Oceanum [h] ſinuare vadis: ſed cardine verſo*
*Senſit adeſſe Deas, imperfectumque laborem*
*Deſerit, & niueos infecit purpura vultus,*
*Per liquidas ſuccenſa genas, caſtique pudoris*
*Illuxere faces. non ſic decus ardet eburnum,*
*Lydia Sidonio quod femina tinxerit oſtro.*
*Merſerat vnda diem: ſparſo nox humida ſomno*
*Languida cæruleis inuexerat otia bigis.*
*Iamque viam Pluton [i] Siculas molitur ad [k] arces*
*Germani monitu. toruos inuiſa iugales*
*Alecto temone ligat: qui paſcua mandunt*
*Cocyti, pratiſque Erebi nigrantibus errant,*
*Stagnaque*

a. Nõ *Ald.* b. incert. *Al.* c. iam iam P.C.G.L. d. curuantia B. e. alnos, B.

f. contriſtat P.C. g. finget B.

h. ſimulare B.

i. ſuperas P.C.G.L. k. auras P.

Stagnaq́ue tranquillæ potantes marcida Lethes
Ægra ſoporatis ſpumant obliuia linguis.
Orphnæus crudele micans, Æthonq́ue ſagitta
Ocyor, & Stygij ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditisq́ue nota ſignatus Alaſtor
Stabant ante fores iuncti, ſæuumq́ue fremebant
Craſtina venturæ ſpectantes gaudia prædæ.

## CL. CLAVDIANI IN LIBRVM II. DE RAPTV PROSERPINAE AD FLORENTINVM PRAEFATIO.

Otia ſopitis ageret cùm cantibus Orpheùs,
Neglectumq́ue diu depoſuiſſet opus:
Lugebant erepta ſibi ſolatia Nymphæ:
[a] Lugebant dulces flumina mæſta modos.
Sæua feris natura redit, metuensq́ue leonum
Implorat citharæ vacca tacentis opem.
Illius, & duri fleuere ſilentia montes,
Siluaq́ue Biſtoniam ſæpe ſecuta [b] chelym.
Sed poſtquam Inachiis Alcides miſſus ab Argis,
Thracia pacifero contigit arua pede,
Diraq́ue ſanguinei vertit præſepia Regis,
Et Diomedeos [c] gramine pauit equos:
Tum patriæ feſto lætatus tempore vates,
Deſuetæ [d] repetit fila canora lyræ.
Et reſides leni modulatus pectine neruos,
Pollice feſtino [e] nobile duxit ebur.
Vix auditus erat: venti [f] ſternuntur, & vndæ:
Pigrior adſtrictis torpuit Hebrus aquis.
Porrexit Rhodope ſitientes carmina [g] montes.
Excuſſit gelidas pronior Oſſa niues.

a Quærebant P.C.G.L.
b. lyram. vanb.
c. ſanguine C.
d. reparat B. cepit fila moueре lyræ. G.
e. mobile B.
f. frenãtur P.C.G.L.
g. rupes P.C.G.L.

Ardua

*Ardua nudato deſcendit populus Æmo,*
*Et comitem quercum pinus amica trahit,*
a. Cirræi-que C. G. — *a Cirrhæaſque Dei quamuis deſpexerit artes,*
*Orpheis laurus vocibus b apta venit.*
b. acta C.G.L. — *Securum blandi leporem fouere Moloſſi,*
c. latus præbuit agna lupo P.G. — *Vicinumque c lupo præbuit agna latus.*
*Concordes varia ludunt cum tigride d damæ,*
*Maſylam cerui non timuere iubam.*
d dammæ P.C.G.L. — *Ille nouercales ſtimulos, actuſque canebat*
*Herculis, & forti monſtra ſubacta manu.*
*Qui timide matri preſſos oſtenderit angues,*
*Intrepiduſque fero riſerit ore puer.*
*Te neque Dictæas quatiens mugitibus vrbes*
*Taurus, non Stygij terruit ira canis:*
*Non leo ſidereos cæli rediturus ad axes,*
*Non Erymanthei gloria montis aper.*
*Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu*
*Appetis: occiduo ducis ab orbe greges.*
e. Neſſum celeres C. — *Tergeminique ducis numeroſos deijcis artus,*
*Et toties vno victor ab hoſte redis.*
f. madiut P.C.G.L. — *Non cadere Antæo, non creſcere profuit Hydræ:*
g. ſtupuere C.G.L. ſtipuere P. — *Non e ceruam volucres eripuere pedes.*
*Caci flama perit: rubuit Buſiride Nilus:*
*Proſtratis f rubuit nubigenis Pholoë.*
h. maxima Tethys P.C.G.L. — *Te Libyci g timuere ſinus: te h maximus Atlas*
*Horruit, impoſito cùm premerere polo.*
i. tu P.C.G.L. — *Firmior Herculea mundus ceruice pependit:*
*Luſtrarunt humeros Phœbus, & aſtra tuos.*
k. in orbe choros P. G.L. placido ducis in orbe choros. C. — *Thracius hæc vates: ſed tu Tirynthius alter*
*Florentine mihi: i nam mea plectra moues.*
*Antraque Muſarum longo torpentia ſomno*
*Excutis, & placidos ducis k ab ore ſonos.*

CL.

Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI DE RAPTV PROSERPINAE

## LIBER II.

IMpulit Ionios præmiſſo lumine fluctus
Nō dum pura dies. tremulis vibrauit in vndis,
Ardor, & errantes ludunt per cærula flamma.
Iamque audax animi, fideque oblita parentis
Fraude Dionæa riguos Proſerpina ſaltus
(Sic Parcæ [a] iuſſere) petit. [b] ter cardine verſo — a. voluere P.G.L.
Præſagæ recinere fores: ter conſcia fati — b. tunc P.
Flebile terrificis gemuit mugitibus Ætna:
Nullis illa tamen monſtris, nulloque mouetur
Prodigio: comites greſſum iunxere ſorores.
Prima dolo gaudens, & tanti conſcia [c] furti — c. voti L.
It Venus, & raptus metitur corde futuros. — tāto conſcia voto
Iam durum [d] flexura Chaos, iam Dite ſubacto, — P. C. G.
Ingenti famulos Manes ductura triumpho, — d. domitura B.
Illi [e] multifidos [f] crinis ſinuatur in orbes — e. multimodos L.
Idalia diuiſus acu: ſudata marito — multiplices C.G.
Fibula, purpureos gemma ſuſpendit amictus. — f crines ſinuantur
Candida Parrhaſij poſt hanc Regina Lycæi, — C. variatur Parrh.
Et Pandionias quæ cuſpide protegit arces,
Vtraque virgo ruunt. hæc triſtibus aſpera bellis:
Hæc metuenda feris. Tritonia caſſide fulua
Cælatum Typhona gerit, qui ſumma peremtus
Ima parte viget, moriens & parte ſuperſtes,
Haſtaque terribili ſurgens per nubila [g] gyro — g. ferrō P. C. G. L.
Inſtar habet ſiluæ: tantum ſtridentia colla

Gorgo-

Ayuntamiento de Madrid

a, obtectu Parrh. *Gorgonis* [a] *obtentu pallæ fulgentis obumbrat.*
*At Triuiæ lenis ſpecies, & multus in ore*
*Frater erat, Phœbique genas & lumina Phœbi*
*Eſſe putes, ſolusque dabat diſcrimina ſexus.*
*Brachia nuda nitent: leuibus proiecerat auris*
*Indociles errare comas, arcuque remiſſo*
*Otia neruus agit: pendent poſt terga ſagittæ.*
*Criſpatur gemino veſtis Gortynia cinctu*
*Poplite fuſa tenus, motoque in ſtamine Delos*
*Errat, & aurato trahitur circumflua Ponto.*
*Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris,*
*Mox dolor, æquali tendit per gramina paſſu,*
*Nec membris, nec honore minor, potuitque videri*
*Pallas, ſi clypeum ferret: ſi ſpicula, Phœbe.*
*Collectæ tereti nodantur Iaſpide veſtes.*
*Pectinis ingenio numquam felicior arti*
*Contigit euentus: nulli ſic conſona telæ*
b. ſiguras P.C.G.L. *Fila, nec in tantum veri duxere* [b] *figuram.*
*Heic Hyperionio Solem de ſemine naſci*
c. Lunam pariter G. pariter, ſed forma diſpare Lunam P.C. pariter, forma ſed diſpare Lunã, L. *Fecerat, &* [c] *pariter Lunam, ſed diſpare forma*
d. vices B. *Auroræ, noctiſque* [d] *duces. cunabula Tethys*
*Præbet, & infantes gremio ſolatur anhelos,*
*Cæruleuſque ſinus roſeis radiatur alumnis.*
*Inualidum dextro portat Titana lacerto*
*Nondum luce grauem, nec pubeſcentibus altè*
*Criſtatum radiis. primo clementior æuo*
*Fingitur, & tenerum vagitu deſpuit ignem.*
*Læua parte ſoror vitrei libamina potat*
*Vberis, & paruo ſignantur tempora cornu.*
e. caterua P.C.G.L. *Tali luxuriat cultu: comitantur euntem*
*Naiades, & ſocia ſtipant vtrimque* [e] *corona,*
f. Crimiſe C. *Quæ fontes* [f] *Crimniſe tuos, & ſaxa rotantem*
Crimniß seu Crimisß fluuius Siciliæ *Panta-*

*Pantagiam, nomenque Gelan qui præbuit vrbi,*
*Concelebrant. quas pigra vado Camarina paluſtri,*
*Quas Arethuſæi latices, quas aduena nutrit*
*Alphæus, Cyane totum ſupereminet agmen.*
*Qualis Amazonidum Peltis exſultat* [a] *ademptis*
*Pulcra cohors, quoties Arcton populata virago*
*Hippolytæ, niueas ducit poſt prælia turmas,*
*Seu flauos ſtrauere Getas, ſeu fortè rigentem*
*Thermodoontiaca Tanaim fregere ſecuri.*
*Aut quales referunt Baccho ſollennia Nymphæ,*
*Mæoniæ quas Hermus alit, ripaſque paternas*
[b] *Percurrunt auro* [c] *madidæ: lætatur in antro*
*Amnis, & vndantem declinat prodigus vrnam.*
*Viderat herboſo ſacrum de vertice vulgus*
[d] *Ætna parens florum curuaque in valle ſedentem,*
*Compellat Zephyrum. pater ô gratiſſime veris,*
*Qui mea laſciuo regnas per prata* [e] *volatu,*
*Semper, & aſſiduis irroras flatibus annum,*
*Reſpice Nympharum cœtus, & celſa Tonantis*
*Germina, per noſtros dignantia ludere campos.*
*Nunc adſis, faueaſque precor: nunc omnia fetu*
*Pubeſcant virgulta velis, vt fertilis Hybla*
*Inuideat, vincique ſuos non abnuat hortos.*
*Quidquid thuriferis ſpirat Panchaia ſiluis,*
*Quidquid odoratus longè blanditur Hydaſpes,*
*Quidquid ab* [f] *externis ales longæua* [g] *colonis*
*Colligit,* [h] *optati referens exordia ſecli,*
*In venas diſperge meas, & flamine largo*
*Rura foue, vt merear diuino pollice carpi,*
*Et noſtris cupiant ornari Numina ſertis.*
*Dixerat. ille nouo* [i] *madidantes nectare pennas*
*Concutit, & glebas fecundo rore maritat,*

a. aduncis C.L.
b. Circũeunt C.
c. grauidę: C.
d. Enna Pa. etiam agnoſcit.
e. meatu Parh.
f. extremis P.C.G.L.
g. Sabæis B.
h. optato repetens exordia ſæclo P. C.G.L. buſto. B.
i. madefactas P.

*Quaque*

Quaq́. volat, vernus ſequitur [a] color: omnis in her-
Turget humus, medioq́. patent cõuexa ſereno: (bas
Sanguineo ſplendore roſas, vaccinia nigro
[b] Induit, & dulci violas ferrugine pingit.
Parthica quæ tantis variantur cingula [c] gemmis
Regales [d] iunctura ſinus? quæ vellera tantum
Ditibus Aſſyrij ſpumis fuſcantur aëni?
Non tales volucris pandit [e] Iunonia pennas:
[f] Nec ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hiems, cùm tramite [g] flexo
Semita diſcretis interuiret humida nimbis.
Forma loci ſuperat flores: curuata tumore
Paruo planities, & mollibus edita cliuis
Creuerat in collem. [h] niueo de pumice fontes
Roſcida mobilibus lambebant gramina [i] riuis.
Siluaq́ue torrentes ramorum frigore Soles
Temperat, & [k] modico brumam ſibi vindicat æſtu.
Apta fretis abies, bellis accommoda cornus,
Quercus amica Ioui, tumulos tectura cupreſſus,
Ilex plena fauis, venturi præſcia laurus
Fluctuat. heic denſo criſpata cacumine buxus.
Heic ederæ ſerpunt: heic pampinus induit vlmos.
Haud procul inde lacus, Pergum dixere [l] Sicani.
Panditur. & nemorum frondoſo margine [m] cinctus
Vicinis palleſcit aquis. admittit in altum
Cernentes oculos, & latè peruius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus,
Imaq́ue perſpicui prodit ſecreta profundi.
Huc elapſa cohors gaudet, per florea rura,
Hortatur Cytherea legant. nunc ite ſorores
Dum matutinis præſudat Solibus aër:
Dum meus humectat flauentes Lucifer agros,
Roranti

a. rubor P.C.G.L.
b. Imbuit, P.C.G.L.
c. donis Parth.
d. Vinctura P.L.
e. Iunonius alas.
f. Non. P.C G.L.
g. P.G. G.L. ·p i cto B.
h. viuo P. C.G.L. miſſi Parr. etiam legit.
i. ripis L.
k. medio P.C. G.L.
l. Priores, C.
m. tectus C.

Roranti

Roranti prouectus equo. ſic fata [a] doloris
Carpit ſigna ſui. varios tum cetera ſaltus
Inuaſere cohors. credas examina fundi
Hybleum raptura thymum, cùm cerea reges
Caſtra mouent, fagiq́ue caua demiſſus ab aluo
Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.
Pratorum ſpoliatur honos. hæc lilia fuſcis
Intexit violis: hanc mollis amaracus ornat:
Hæc graditur ſtellata roſis: hæc alba liguſtris.
Te quoque flebilibus mærens hyacinthe figuris,
Narciſſumq́. metunt, nunc inclyta [b] gramina veris,
Præſtantes olim pueros. tu natus Amyclis:
Hunc Helicon genuit. [c] te diſci perculit error:
Hunc fontis decepit amor, te fronte [d] retuſa
Delius, hunc fracta Cephiſſus arundine luget.
Aeſtuat ante alias auido feruore legendi
Frugiferæ ſpes vna Deæ. nunc vimine textos
Ridentes calathos foliis agreſtibus implet:
Nunc ſociat flores, ſeſeque ignara coronat.
Augurium fatale tori. quippe ipſa tubarum,
Armorumq́ue potens, dextram qua fortia turbat
Agmina, qua ſtabiles portas, & mœnia vellit,
Iam leuibus laxat ſtudiis, haſtamq́ue reponit,
Inſolituq́ue docet galeam miteſcere ſertis.
Ferratus laſciuit apex, horrorq́ue receſſit
Martius, & criſtæ placato fulgure vernant.
Nec, quæ Parthenium canibus ſcrutatur odoris,
Aſpernata choros, libertatemq́ue comarum
Iniecta voluit tandem frenare corona.
Talia virgineo paſſim dum more geruntur,
Ecce repens mugire fragor, confligere turres,
Pronaq́ue vibratis radicibus oppida verti.

[a] Ita P.C. G.L. quam lectionem veram eſſe docet Parr. non cruoris, vt interpolauit Polit. Miſcell. cap. 11.

[b] germina. C.

[c] diſci te P.C.G.L.

[d] recuſſa P. reuulſa L.



Ayuntamiento de Madrid

Cauſſa latet. dubios agnouit ſola tumultus
Diua Paphi, miſtoque metu perterrita gaudet.
a. amfractus C.G. Iamque per [a] anfractus animarum rector opacos
Sub terris quærebat iter, grauibusque gementem
Enceladum calcabat equis. immania findunt
b. Gigas P.C.G.L. Membra rotæ, preſſaque [b] graui ceruice laborat,
Sicaniam cum Dite ferens, tentatque moueri
Debilis, & feſſis ſerpentibus impedit axem.
Fumida ſulfureo prolabitur orbita dorſo.
Ac velut occultus ſecurum prodit in hoſtem
Miles, & effoſſi ſubter fundamina campi,
c. cluſos B. Tranſilit [c] incluſos arcano limite muros,
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces,
Terrigenas imitata viros. ſic tertius heres
d. latebroſa. P. L. Saturni [d] tenebroſa vagis rimatur habenis
Deuia, fraternum cupiens exire ſub orbem.
Ianua nulla patet: prohibebant vndique rupes
e. Siculaq; P.C.G.L. Oppoſitæ, [e] duraque Deum compage tenebant.
Non tulit ille moras, indignatusque trabali
Saxa ferit ſceptro. Siculæ ſonuere cauernæ.
f. Lipare. E. Turbatur [f] Liparis. ſtupuit fornace relicta
Mulciber, & trepidus deiecit fulmina Cyclops.
Audiit, & ſi quem glacies Alpina coërcet:
Et qui te latis non dum præcincte tropæis
Thybri natat, miſſamque. Pado qui remigat alnum.
Sic, cùm Theſſaliam ſcopulis incluſa teneret
Peneo ſtagnante palus, & merſa negaret
Arua coli, trifida Neptunus cuſpide montes
Impulit aduerſos. tum forti ſaucius ictu
Diſſiluit gelido vertex Oſſæus Olympo.
Carceribus laxantur aquæ, fractoque meatu,
Redduntur fluuiique mari, tellusque colonis.

Poſtquam

Ayuntamiento de Madrid

*Poſtquam victa manu duros Trinacria nexus*
*Soluit, & immenſo latè diſceſſit hiatu:*
*Apparet ſubitus cælo timor. aſtra viarum*
*Mutauere fidem. vetito ſe proluit Arctos*
*Aequore. præcipitat pigrum formido Booten.*
*Horruit Orion. audito palluit Atlas*
*Hinnitu. rutilos obſcurat anhelitus axes*
*Diſcolor. & longa ſolitos caligine paſci*
*Terruit orbis equos: preſſis hæſere lupatis*
*Attoniti meliore polo. rurſuſque verendum*
*In Chaos obliquo certant temone reuerti.*
*Mox vbi pulſato ſenſerunt verbera tergo,*
*Et Solem didicere pati: torrentius amne*
*Hiberno, tortaque ruunt pernicius haſta.*
*Quantum non iaculū Parthi, non impetus Auſtri,*
*Non leue ſollicitæ mentis diſcurrit acumen.*
*Sanguine frena calent: corrumpit ſpiritus auras*
*Lethifer: infectæ ſpumis vitiantur arenæ.*
*Diffugiunt Nymphæ; rapitur Proſerpina curru,*
*Imploratque Deas. iam Gorgonis ora reuelat*
*Pallas, & intento feſtinat Delia [a] cornu:* a. telos P.C.G.
*Nec patruo cedunt. ſtimulat communis in arma*
*Virginitas, crimenque feri raptoris acerbat.*
*Ille velut ſtabuli decus, armentique iuuencum*
*Cùm Leo poſſedit, nudataque [b] pectora fodit* b. viſcera P.C.G.
*Vnguibus, & rabiem totos exegit in armos,*
*Stat craſſa turpis ſanie, nodoſque iubarum*
*Excutit & viles paſtorum deſpicit iras.*
*Ignaui domitor [c] mundi teterrime fratrum,* c. vulgi, deterrim P.C.G.
*Pallas ait, quæ te ſtimulis, facibuſque profanis*
*Eumenides mouere? tua cur ſede relicta*
*Audes Tartareis [d] mundum inceſtare quadrigis?* d. cælum P.C.G.

Sunt tibi deformes Diræ: ſunt altera Lethes
a. Numina P.C.G.L. — a Flumina: ſunt triſtes Furiæ te coniuge dignæ.
Fratris linque domos: alienam deſere ſortem:
Nocte tua contentus abi. quid viua ſepultis
Admiſces? noſtrũ quid proteris aduena mundum?
Talia vociferans auidos tranſire minaces
Cornipedes vmbone ferit, clypeique retardat
Obiice, Gorgoneiſque premens aſſibilat hydris,
b. Prætentaſque operit criſtas. P.C.G.L. — b Prætentaſque aperit criſtas. libratur in ictum
Fraxinus, & nigros illuminat obuia currus.
Miſſaque pæne foret, ni Iupiter æthere ſummo
Pacificas rubri torſiſſet luminis alas,
c. ſocerum P.C.G.L. — Confeſſus c generum. nimbis Hymenæus hiulcis
d. conubia C.G. — Intonat, & teſtes firmant d connubia flammæ.
Inuitæ ceſſere Deæ, compeſcuit arcum
Cum gemitu, taleſque dedit Latonia voces.
Sis memor, ô longumque vale. reuerentia patris
Obſtitit auxilio: nec nos defendere contra
Poſſumus. imperio vinci maiore fatemur.
In te coniurat genitor, populoque ſilenti
Traderis, heu, cupidas non adſpectura ſorores,
Aequaleſque choros. quæ te fortuna ſupernis
Abſtulit, & tanto damnauit ſidera luctu?
Iam neque Parthenius innectere retia luſtris,
Nec pharetram geſtare libet. ſecurus vbique
Spumet aper, ſæuique fremant impune leones.
Te iuga Taigeti, poſito te Mænala flebunt
Venatu, mæſtoque diu lugebere Cyntho:
Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.
Interea volucri fertur Proſerpina curru
Cæſariem diffuſa Noto, planctuque lacertos
Verberat, & queſtus ad nubila fundit inanes.



Ayuntamiento de Madrid

Cur non torſiſti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela pater? ſic me crudelibus Vmbris
Tradere, ſic toto placuit depellere mundo?
Nulláne te flectit pietas? nullumne paternæ
Mentis ineſt? tantas quo crimine mouimus iras?
Non ego, cùm rapido ſæuiret Phlegra tumultu,
Signa Deis aduerſa tuli: [a] non robore noſtro
Oſſa pruinoſum vexit glacialis Olympum.
Quod conata nefas, aut cuius conſcia culpæ,
Exſul ad immanes Erebi detrudor hiatus?
O fortunatas, alij quaſcunque tulere
Raptores: ſaltem communi Sole fruuntur:
Sed mihi virginitas, pariter cælumque negatur,
Eripitur cum Sole pudor, terriſque relictis
Infelix Stygio ducor captiua tyranno.
O malè dilecti flores, deſpectaque matris
Conſilia! ô Veneris deprenſæ ſeriùs artes.
Mater Iô, ſeu te Phrygiis in vallibus Idæ
Mygdonio buxus circumſonat horrida cantu,
Seu tu ſanguineis vlulantia Dindyma Gallis
Incolis, & ſtrictos Curetum [b] deſpicis enſes,
Exitio ſuccurre meo: compeſce furentem:
Comprime ferales torui prædonis habenas.

Talibus ille ferox dictis, fletuque decoro
Vincitur, & primi ſuſpiria ſentit amoris.
Tunc ferrugineo lacrymas deterſit amictu,
Et placida mæſtum ſolatur voce dolorem.

Deſine funeſtis animum Proſerpina curis,
Et vano vexare metu: maiora dabuntur
Sceptra, nec indigni tedas patiere mariti.
Ille ego Saturni proles, cui machina rerum
Seruit, & immenſum tendit per inane poteſtas.

a. nec P.

b. reſpici P.C.G.L.

*Amiſſum ne crede diem: ſunt altera nobis*
*Sidera: ſunt orbes alij. lumenque videbis*
*Purius,*[a] *Elyſioſque magis mirabere*[b] *campos,*
*Cultoreſque pios. illic pretioſior ætas*
*Aurea progenies habitat, ſemperque tenemus,*
*Quod ſuperi*[c] *meruere ſemel. nec mollia deſunt*
*Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant*
*Perpetui flores, quos nec tua protulit*[d] *Aetna.*
*Eſt etiam lucis arbor prædiues*[e] *opacis*
*Fulgentes viridi ramo curuata metallo:*
*Hæc tibi ſacra datur. fortunatumque tenebis*
*Autumnum, & fuluis ſemper ditabere pomis.*
*Parua loquor. quidquid liquidus complectitur aër,*
*Quidquid alit tellus, quidquid maris æquora ver-*
*Quod fluuij voluũt, quod nutriuere paludes, (runt,*
*Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis,*
*Lunari ſubiecta globo, qui ſeptimus auras*
*Ambit & æternis mortalia ſeparat aſtris.*
*Sub tua purpurei venient veſtigia Reges*
*Depoſito luxu, turba cum paupere miſti.*
*Omnia mors æquat. tu damnatura nocentes:*
*Tu requiem latura piis: te iudice ſontes*
*Improba cogentur vitæ comiſſa fateri.*
*Accipe Lethæo famulas cum gurgite Parcas.*
*Sit*[f] *fatum quodcunque*[g] *velis. hæc fatus ouantes*
*Exhortatur equos, &*[h] *Tartara mitior intrat.*
*Conueniunt animæ, quantas*[i] *truculentior Auſter*
*Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres*
*Colligit, aut frangit fluctus, aut torquẽt arenas.*
*Cunctaque præcipiti ſtipantur Tartara curſu*
*Inſignem viſura nurum. mox ipſe ſerenus*
*Ingreditur facili paſſus molleſcere riſu,*

Diſſimi liſque

. Elyſiũq.
. C.G.L.
Solem:
. C.G L.
. tenuere
. G L.
. Enna.
arrh.
. Auerni
B.
. eſtũ G.
actũ P. L.
. voles P.
C. L.
h. Tænara
Parrh.
. violẽtior
. C.G.L.

Diſſimiliſque ſui dominis intrantibus ingens
Aſſurgit Phlegethon, flagrantibus hiſpida riuis
Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.
Occurrunt propere lecta de plebe miniſtri.
Pars altos reuocant currus, freniſque ſolutis
Vertunt emeritos ad paſcua nota iugales.
Pars aulæa tenent. alij prætexere ramis
Limina, & in thalamis cultas [a] extollere veſtes. a. extẽdere G.
Reginam caſto cinxerunt agmine matres
Elyſiæ, teneroſque leuant ſermone [b] dolores, b. timores P. L. timorem C.
Et ſparſos religant crines, & vultibus addunt
Flamea ſollicitum præuelatura pudorem.
Pallida lætatur regio, genteſque ſepultæ
Luxuriant, epuliſque vacant Genialibus Vmbræ.
Grata coronati peragunt conuiuia Manes:
Rumpunt inſoliti tenebroſa ſilentia cantus:
Sedantur gemitus Erebi: ſe ſponte relaxat
Squalor, & æternam patitur rareſcere noctem.
Vrna nec incertas verſat Minoïa ſortes,
Verbera nulla ſonant, nulloque frementia luctu
Impia dilatis reſpirant Tartara pœnis.
Non rota ſuſpenſum præceps Ixiona torquet:
Non aqua Tantalicis ſubducitur inuida labris.
Soluitur Ixion. [c] inuenit Tantalus vndas.
Et Tityus [2] tandem ſpatioſos erigit artus: 2. Virg. 6. Æn. c. & Tantalus inuenit P. quod placet.
Squalentiſque nouem detexit iugera campi.
Tantus erat: lateriſque piger ſulcator opaci
Inuitus trahitur laſſo de pectore vultur,
Abreptaſque dolet iam non ſibi creſcere fibras.
Oblitæ [d] ſcelerum, formidatique furoris d. ſceleris, C. G.
Eumenides cratera parant, & vina feroci
Crine bibunt, flexiſque minis iam lene canentes

ulla poterat impune volantes tendere iter pennis



Extendunt ſocios ad pocula plena ceraſtas,
Ac feſtas alio ſuccendunt lumine tedas.
a. flumen Tunc & peſtiferi pacatum a limen Auerni
C. G. L. Innocuæ tranſiſtu aues, flatumque repreſſit
4 Amiatg. Amſanctus: tacuit fixo torrente vorago,
Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes
Lacte nouo tumuiſſe ferunt, ederáque virentem
Cocyton dulci perhibent ſtagnaſſe Lyæo.
Stamina non rupit Lacheſis, nec turbida ſacris
Obſtrepitant lamenta choris. mors nulla vagatur
In terris, nullæque rogum planxere parentes.
Nauita non moritur fluctu, non cuſpide miles,
Oppida funerei pollent immunia lethi.
b. Implexamque P. C. G. L. b Impexoſque ſenex velauit arundine c crines
Portitor, & vacuos egit cum carmine remos.
c. frontem P. C. G. L. Iam ſuus inferno proceſſerat Heſperus orbi.
Ducitur in thalamum virgo: ſtat pronuba iuxtà
Stellantes Nox picta ſinus, tangenſque cubile
d. ſancit Parrh. Omina perpetuo genitalia fœdere d ſanxit.
Exſultant cum voce pij, Ditique ſub aula
e. ſumunt P. C. G. L. Talia peruigili e ducunt exordia plauſu.
Noſtra parens Iuno, tuq. ô germane Tonantis,
f. vnanimi C. Et gener f vnanimis conſortia g ducite ſomni.
[illegible]. diſcite [illegible]. Mutuaque alternis inuectite colla lacertis.
Iam felix oritur proles: iam læta futuros
Exſpectat natura Deos, noua numina rebus
Addite, & optatos Cereri proferte nepotes

CL. CLAV-

# CL. CLAVDIANI IN LIBRVM III. DE RAPTV PROSERPINAE, AD FLORENTINVM

## PRAEFATIO.

*Omnia, quæ ſenſu voluuntur vota diurno,*
*Pectore ſopito reddit amica quies.*
*Venator* [a] *defeſſa toro cùm membra reponit,*
*Mens tamen ad ſiluas, & ſua luſtra redit.*
*Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,*
*Vanaque nocturnis meta cauetur equis.*
*Furto gaudet amans, permutat nauita merces,*
*Et vigil elapſas quærit auarus opes.*
*Blandaque largitur fruſtra ſitientibus ægris*
*Irriguus gelido pocula fonte ſopor.*
*Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti*
*Artibus aſſuetis ſollicitare ſolet.*
*Namque poli media ſtellantis in arce videbar*
*Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.*
*Vtque fauet ſomnus, plaudebant numina dictis,*
*Et circumfuſi ſacra corona chori.*
*Enceladus mihi carmen erat, victuſq́. Typhæus:*
*Hunc premit Inarimes, hunc grauis Aetna domat.*
*Quàm* [b] *lætus poſt bella Iouẽ ſuſceperit æther,*
*Phlegrææ referens præmia militiæ.*
*Additur ecce fides, nec me mea* [c] *luſit imago,*
*Irrita nec falſum ſomnia* [d] *miſit ebur.*
*En princeps, en orbis apex* [e] *æquatus Olympo.*
*En quales memini turba verenda Deos.*
*Fingere nil maius potuit ſopor, altaque* [f] *vati*
*Conuentum cælo præbuit aula parem.*

a. laſſata G. cum membra toro deſeſſa L.
b. lætum G L.
c. fallit G.
d. mittit G.
e. æquatur P.C.L.
f. menti P. G.L.



Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI DE RAPTV PROSERPINAE

## LIBER III.

IVPITER intereà cinctam Thaumantida nimbis
Ire iubet, totoq́ue Deos arceſſere mundo.
Illa colorato Zephyros [a] tranſgreſſa volatu
Numina conclamat pelagi, Nymphasq́ morantes
Increpat, & fluuios humentibus euocat antris.
Ancipites, trepidiq́ue ruunt, quæ cauſſa quietos
Excierit, tanto quæ res agitanda tumultu.
Vt patuit ſtellata domus, conſidere iuſſi.
Nec confuſus honor. Cæleſtibus ordine ſedes
Prima datur. tractum proceres tenuere ſecundum
Aequorei. placidus Nereus, [b] & lucida Phorci
Canities. Glaucum ſeries extrema biformem
Accipit, & certo manſurum Protea vultu.
Nec non & ſenibus fluuiis conceſſa ſedendi
Gloria: plebeio ſtat cetera more iuuentus.
Mille amnes, liquidis incumbunt patribus vdæ
Naiades, & [c] placidi mirantur [d] Numina Fauni.
Tum grauis ex alto genitor ſic orſus Olympo eſt.
Adduxere meas iterum mortalia curas
Iampridem neglecta mihi, Saturnia poſtquam
Otia, & ignaui ſenium cognouimus æui,
Sopitosq́ue diu populos torpore paterno
Sollicitæ placuit ſtimulos impellere vitæ,

a. illapſa P.L.
b. reuerẽdáq. G. & lurida C. cærula B.
c. taciti P.C.G.L.
d. ſidera P.C.G.L.

Incultis

*Incultis ne ſponte ſeges* [a] *grandeſceret aruis,* a. grane-ſceret C.
*Vndaret neu ſilua fauis, neu vina tumerent*
*Fontibus, & totæ fremerent in pocula ripæ.*
*Haud equidem inuideo (nec enim liueſcere fas eſt,*
*Vel nocuiſſe Deos) ſed quod diſſuaſor honeſti*
*Luxus, & humanas oblimat copia mentes,*
*Prouocet vt ſegnes animos, rerumque remotas*
*Ingenioſa vias paullatim explorat egeſtas.*
*Vtque artes pariat ſollertia, nutriat vſus.*
*Nunc mihi cum magnis inſtat natura querelis*
*Humanum releuare genus,* [b] *dirumque tyrannum,* b durūque P.C.G.L.
*Immitemque vocat, regnataque ſæcula patri*
*Commemorat, parcumque Iouem ſe diuite clamat.*
*Cur campos horrere ſitu, dumiſque repleri*
*Rura velim, & nullis exornem fructibus annum?*
*Se iam, quæ* [c] *genitrix mortalibus antè fuiſſet,* c. nutrix P. L. rectrix. C.G.
*In* [d] *diræ ſubitò mores tranſiſſe nouercæ.*
*Quid mentem traxiſſe polo, quid profuit altum*
*Erexiſſe caput, pecudum ſi more pererrant* d. duræ G.
*Auia, ſi frangunt communia pabula glandes?*
*Hæccine vita iuuat ſilueſtribus abdita luſtris*
*Indiſcreta feris? tales cùm ſæpe parentis*
*Pertulerim queſtus, tandem clementior orbi*
*Chaonio ſtatui gentes auertere victu,*
*Atque ideò Cererem, quæ nunc ignara malorum*
*Verberat Idæos torua cum matre leones,*
*Per mare, per terras auido diſcurrere luctu*
[e] *Decretum, donec natæ lætata repertæ* e. Decretū eſt, P. Decretū eſt, natæ donec C.L.
*Indicio tribuat fruges, curruque feratur*
*Nubibus, ignotas populis ſparſurus ariſtas,*
*Et iuga cærulei ſubeant Actæa dracones.*
*Quòd ſi quis Cereri raptorem prodere Diuum*

*Audeat:*

4 Ægidis, scuti genus ex Africanis.



Audeat: imperij molem, pacemque profundam
Obteſtor rerum, natus licet ille, ſororve,
Vel coniux fuerit, natarúmve agminis vna,
Scilicet illa meo conceptam vertice iactet,
Sentiet [a] iratam procul ægida, ſentiet ictum
Fulminis, & genitum diuina ſorte pigebit,
Optabitque mori. tunc vulnere languidus ipſi
Tradetur genero, paſſurus prodita regna,
Et ſciet an propriæ conſpirent Tartara cauſſæ.
Hoc ſanctum: manſura fluant hoc ordine fata.
Dixit, & horrendo concuſſit ſidera motu.
At procul armiſoni Cererem ſub rupibus antri
Securam, placidamque diu iam certa peracti
Terrebant ſimulacra mali, noctesque timorem
Ingeminant, omnique perit Proſerpina ſomno.
Namque modò immiſſis inuadi viſcera telis,
Nunc ſibi mutatas horret nigreſcere veſtes,
Nunc ſteriles mediis frondere Penatibus ornos.
Stabat præterea luco dilectior omni
Laurus, virgineos olim quæ fronde pudica
Vmbrabat thalamos: hanc imo [b] ſtipite cæſam
Vidit, & incomtos fœdari puluere ramos,
[c] Quæſiuitque nefas. Dryades dixere gementes
Tartarea furias debellauiſſe bipenni.
Sed tunc ipſa ſui, iam non ambagibus vllis
Nuntia materno facies [d] inſerta ſopori.
Namque videbatur tenebroſo obtecta receſſu
Carceris, & ſæuis Proſerpina vincta catenis.
Non qualem Siculis olim [e] mandauerat aruis,
Nec qualem roſeis nuper conuallibus [f] Aetnæ
Suſpexere Deæ. ſqualebat pulcrior auro
Cæſaries, & nox oculorum infecerat ignes.

a. iratum procul ægide P. C. G. L.

b. ſtirpe reciſam B.

c. Quæ ſentitque nefas, B.

d. impreſſa P. L. immiſſa G. ingeſta C.

e. emandauerat Parr.

f. Ennæ fortaſſe legendum. Idæ C.

Exhau-

Exhauſtusque gelu pallet rubor. ille ſuperbi
Flammeus oris honos, & non ceſſura pruinis
Membra colorantur picei caligine regni.
Ergo hanc vt dubio vix tandem agnoſcere [a] vultu
Eualuit: cuius tot pœnæ criminis? inquit.
Vnde hæc informis [b] macies? cui tanta poteſtas
In me [c] ſæuitiæ eſt? rigidi cur vincula ferri
Vix aptanda feris molles meruere lacerti?
Tu [d] mea tu proles? an vana fallimur vmbra?
  Illa refert. Heu dira parens, nataq́. peremptæ
Immemor. heu fuluas animo tranſgreſſa leænas,
Tantáne te noſtri tenuere obliuia? tantum
Vnica deſpicior? certè Proſerpina nomen
Dulce tibi, tali quæ nunc, vt [e] cernis, hiatu
Supplicijs incluſa [f] feror: tu ſæua choreis
Indulges, Phrygiasq́. etiamnum interſtrepis vrbes.
Quòd ſi non omnem pepuliſti pectore matrem,
Si tu [g] ſancta Ceres, & [h] te non Caſpia tigris
Edidit: his oro miſeram defende catenis,
Inque ſuperna refer. prohibent ſi fata reuerti:
Vel ſaltem viſura veni. ſic fata, trementes
Tendere conatur palmas: vis improba ferri
Impedit, & motæ ſomnum [i] excuſſere catenæ.
[k] Obriguit viſis. gaudet non vera fuiſſe,
Complexu caruiſſe dolet, penetralibus amens
Proſilit, & tali compellat voce Cybellen.
  Iam non vlterius Phrygia tellure morabor
Sancta parens: reuocat tandem cuſtodia cari
Pignoris, & cunctis obiecti fraudibus anni.
[l] Non mihi Cyclopũ, quamuis [m] exſtructa caminis,
Culmina fida ſatis. timeo ne fama latebras
Prodiderit, leuiusque meum Trinacria celet
Depoſitum.

a. viſu P. C. L.
b. facies? *quædam exẽplaria.* Parr.
c. ſæuitiæ? G. L.
d. mea progenies? G.
e. cernor. P. G.
f. teror. C. G. *alij*, trahor. Parr.
g. nota P. C. G.
h. non me P. C. G. L.
i. mouere P. ſoluere C. G. L.
k. Diriguit. G.
l. Nec C. G. L.
m. fabricata P.

Depoſitum. terret nimium vulgata locorum
Nobilitas: aliis ſedes obſcurior oris
Exquirenda mihi: gemitu, flamiſque propinquis
Enceladi nequeunt vmbracula noſtra taceri.
Somnia quinetiam variis infauſta figuris
Sæpe monent, nulluſque dies non triſte minatur
Augurium: quoties flauentia ſerta comarum
Sponte cadunt: quoties [a] exſudat ab vbere ſanguis:
Larga vel inuito prorumpunt flumina vultu,
Iniuſſæque manus mirantia pectora tundunt.
Si buxos inflare velim, ferale gemiſcunt:
Tympana ſi quatiã, planctũ mihi tympana reddũt.
Ah vereor ne quid portendant omina veri.
Heu longæ nocuere moræ. procul irrita venti
Dicta ferant. ſubiicit Cybele. non tanta Tonanti
Segnities, vt non pro pignore fulmina [b] mittat.
I tamen, & nullo turbata reuertere caſu.
Hæc vbi: digreditur templu (ſed nulla ruenti
Mobilitas) tardos queritur [c] non ire [d] iugales,
Immeritaſque mouens alterno verbere [e] pinnas
Sicaniã querit, cùm [f] nec dum [g] adſcenderit Idam
Cuncta [h] pauet, ſperatque nihil. ſic æſtuat ales,
Quæ teneros humili fetus commiſerit orno
Allatura cibos, & plurima cogitat abſens:
Ne [i] gracilem ventus diſcuſſerit arbore nidum:
Ne furtum [k] pateant homini, neu præda colubris.
Vt domus excubiis incuſtodita remotis,
Et reſupinati neglecto cardine poſtes,
Flebilis & tacitæ ſpecies apparuit aulæ;
Non exſpectato reſpectu cladis, amictus
Conſcidit & fractas cum crine [l] auellit ariſtas.
Hæſerunt lacrymæ: nec vox, [m] aut ſpiritus oris
Redditur,

a. exundat P.C.L.
b. fumat B.
c. languere G.
d. dracones P.C.G.L.
e. pennas P.C.G.L.
f. non dum P.C.G.L.
g. abſconderit C. liquerit G.
h. timet, G.
i. fragilẽ P.
k. fiant P. laceant C.L.
l. reuellit P.G. euellit Parrh.
m. nec P.L. nõ vox, non G.

Redditur,[a] atque imis vibrat tremor oſſa medullis.
Succidui titubant greſſus, foribusque recluſis,
Dum vacuas ſedes, & deſolata pererrat
Atria, ſemirutas confuſo ſtamine telas,
Atque interceptas agnoſcit pectinis artes.
Diuinus perit ille labor, ſpatiumque relictum,
Audax ſacrilego ſupplebat aranea textu.
Nec deflet, plangitque malum: [b] tamen oſcula telæ
Figit, & abrumpit mutas in fila querelas,
Attritosque manu radios, proiectaque penſa,
Cunctaque virgineo ſparſa oblectamina ludo.
Ceu natam preſſat gremio, [c] caſtumque cubile,
Deſertosque toros, & ſicubi ſederat olim
Perlegit. attonitus ſtabulo ceu paſtor inani,
[d] Quem lupus, aut rabies Pœnorũ inopina leonum,
Aut populatrices infeſtauere cateruæ.
Serus [e] at ille redit, vaſtataque paſcua luſtrans
Non reſponſuros ciet, imploratque iuuencos.
Atque ibi ſecreta tectorum in parte iacentem
Adſpicit Electram, natæ quæ ſedula nutrix
Oceani priſcas inter notiſſima Nymphas.
Par Cereri pietas: hæc poſt cunabula dulci
Ferre ſinu, ſummoque Ioui deducere paruam
Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis;
Hæc comes, hæc cuſtos, hæc proxima mater haberi.
[f] Tum laceras [g] effuſa [h] comas, & puluere canos
Sordida ſidereæ raptus lugebat alumnæ.
Hanc aggreſſa Ceres, poſtquam ſuſpiria tandem
Laxauit, [i] frenosque dolor. quod cernimus, inquit,
Excidium? cui præda feror? regnátne maritus?
An cælum Titanes habent? quæ talia viuo
Auſa tonante manus? rupítne Typhoëa ceruix

a. aut C.
b. tantum C.
c. carumq; P.G.L.
d. Cui pecus P.C.G.L.
e. ad illa L.
f. Tunc P.C.G.L.
g. diffuſa P.L.
h. genas C.
i. fletusque G.

Inarimen

*Inarimen? fractáne iugi compage Veſeui*
*Alcyoneus per ſtagna pedes Tyrrhena cucurrit?*
*An vicina mihi quaſſatis faucibus Aetna*
*Protulit Enceladum? noſtros an fortè Penates*
*Appetiit centum Briareia turba lacertis?*
*Heu, vbi nunc eſt nata mihi? quò mille miniſtræ?*
*Quò Cyane? volucres quæ vis Sirenas abegit?*
*Haccine veſtra fides? ſic fas aliena tueri*
*Pignora? contremuit nutrix, mærorq́ue* [a] *timori*
a. pudori P.C.G.L.
*Ceſſit, & adſpectus miſeræ non ferre parentis*
*Emtum morte velit, longumq́ue immota moratur*
*Auctorem dubium, certumq́ue expromere funus.*
*Vix tamen hæc. acies vtinam veſana Gigantum*
*Hanc dederit cladem: leuius communia tangunt:*
*Sed Diuæ, multoq́ue minus quod rere, ſorores*
*In noſtras nimium coniurauere ruinas.*
*Inſidias Superûm, cognataq́ue vulnera cernis*
*Inuidiæ: Phlegra nobis* [b] *incenſior æther.*
b. infenſior C. infeſtior P. G.
*Florebat tranquilla domus, nec limina virgo*
*Linquere, nec virides audebat viſere ſaltus*
*Præceptis obſtricta tuis. telæ labor illi,*
*Sirenes requies, ſermonum gratia mecum,*
*Mecum ſomnus erat,* [c] *caſtique per atria ludi.*
c. gratiq́ue G. tacitiq́. P. L. cautiq́ue C.
*Cùm ſubitò (dubium quonã monſtrante* [d] *tenebras*
d. latebras P.C.G,L.
*Præſcierit) Cytherea venit, ſuſpectaq́ue nobis*
*Ne foret, hinc Phœben comites, hinc Pallada* [e] *iunxit.*
e. duxit. G.
*Protinus effuſo lætam ſe fingere riſu,*
*Nec ſemel amplecti, nomenq́ue iterare ſororis,*
f. verito B.
*Et dura de matre queri: quæ tale receſſu*
g. emandauerit C. G. procul à patriis mandauerit P.
*Maluerit damnare decus,* [f] *vetitamque Dearum*
*Colloquio, patriis procul* [g] *abſentauerit aſtris,*
*Noſtra rudis gaudere malis, & nectare largo*

*Inſtaurare*

*Inſtaurare dapes; nunc arma, habitúmque Dianæ*
*Induitur, digitíſque attentat mollibus arcum:*
*Nunc* [a] *crinita iubis galeam laudante Minerua* a. ornata G.
*Implet, & ingentem clypeum geſtare laborat.*
*Prima Venus campos, Aetnæáque rura maligno*
*Ingerit* [b] *affatu, vicinos callida flores* b. afflatu P.G.L.
*Ingeminat, meritúmque loci velut inſcia quærit.*
*Nec credit, quòd bruma roſas innoxia ſeruet,*
*Quòd gelidi rubeant alieno gramine menſes,*
*Verna nec iratum timeant virgulta Booten.*
*Dum loca miratur, ſtudio dum flagrat eundi,*
*Perſuadet teneris, heu, lubrica moribus ætas.*
*Quos ego nequidquam planctus, quas irrita ſudi*
*Ore preces? ruit illa tamen confiſa ſororum*
*Præſidio: famulæ longo poſt ordine Nymphæ.*
*Itur in æterno veſtitos gramine campos,*
*Et prima ſub luce legunt, cùm rore ſerenus* c. Albet Parrh.
[c] *Alget ager, ſparſóſque bibunt violaria ſuccos.* d. exc: L.
*Sed poſtquam medio ſol altior adſtitit* [d] *orbe:* G. extitit
*Ecce polum nox alta rapit, tremefactáque nutat* exc: P. altius institit exc: C.
*Inſula cornipedum ſtrepitu,* [e] *curſúque rotarum,* e. pulſúque P.G.L.
*Noſſe nec aurigam licuit: ſeu mortifer ille,* curſu, ſtrepitúq; C.
*Seu mors ipſa fuit.* [f] *lutor permanſit in herbis,* f. *Ita Parr. qui etiam* liuor *legit.* liuor permanat in herbas. P.C G. L.
*Deficiunt riui,* [g] *ſqualent rubigine prata,*
*Et nihil afflatum viuit. pallere liguſtra,*
*Exſpirare roſas, decreſcere lilia vidi.*
*Vt rauco reduces tractu detorſit habenas:*
*Nox ſua proſequitur currum: lux redditur orbi:*
*Perſephone* [g] *nulla eſt. voto rediere peracto.* g. nuſquã P.C.G.L.
*Nec manſere* DEÆ. *mediis inuenimus* [h] *aruis* h. agris G.
*Exanimem Cyanen, ceruix redimita iacebat,* vndis C.
*Et caligantes marcebant fronte coronæ.*



Ayuntamiento de Madrid

*Aggredimur [a] ſubitò, caſúſque [b] ſcitamur heriles,*
*( Nā propior cladi ſteterat) quis vultus equorum?*
*Quis regat? illa nihil: tacito ſed [c] lapſa veneno*
*Soluitur in laticem, [d] ſubrepſit crinibus humor,*
*Liquitur, in rorémque pedes, & brachia manant,*
*Noſtraque mox lambit veſtigia perſpicuus fons.*
*Diſcedunt aliæ rapidis Acheloides alis*
*Sublatæ: Siculi latus obſedere Pelori,*
*Accenſæque malo iam non impune canoras*
*In peſtem vertere lyras. vox blanda carinas*
*Alligat: audito frenantur carmine remi.*
*Sola domi luctu ſenium tractura relinquor.*
*Hæret adhuc ſuſpēſa Ceres, & ſingula demens,*
*Ceu non dū trāſacta timet: mox lumina torquens*
*[e] Vultu, ad Cælicolas furiato pectore fertur.*
*Arduus Hyrcana quatitur ſic matre Niphates,*
*Cuius Achæmenio Regi ludibria natos*
*Auexit tremebundus eques. fremit illa marito*
*Mobilior Zephyro, totamque virentibus iram*
*[f] Diſperſit maculis, nimiúmq. [g] hauſtura profundo*
*Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ.*
*Haud aliter toto genitrix bacchatur Olympo.*
*Reddite vociferās: non me vagus edidit amnis:*
*Non Dryadum de plebe ſumus: turrita Cybellæ*
*Me quoque Saturno genuit. quò iura Deorum,*
*Quò leges cecidere poli? quid viuere rectè*
*Proderit? en audet noti Cytherea pudoris*
*Oſtentare ſuos poſt Lemnia vincula vultus.*
*Hos animos bonus ille ſopor, caſtúmque cubile*
*Præbuit: amplexus hoc promeruere pudici.*
*[h] Nec mirum, ſi turpe nihil poſt talia [i] ducit.*
*Quid vos expertes thalami? tantúm ne relictus*

a. tacitè P. G. L. propius C.
b. ſcrutamur B.
c. læſa P. C. G. L.
d. ſubrepit Aldus.
e. Multum in B.
f. Diſpergit.
g. hauſura P. C. L. exhauſta G.
h. Non P.
i. cudit B

Virgi-

Ayuntamiento de Madrid

Virginitatis honos? tantùm mutata voluntas?
Iam Veneri, & ſociis iunctæ raptoribus itis?
O templis Scythiæ, atque hominem ſitientibus aris
Vtraque digna coli. tanti quæ cauſſa furoris?
Quam mea vel dicto tenui Proſerpina læſit?
Scilicet [a] hæc caris pepulit te Delia ſiluis, a. aut. P.G
Aut tibi commiſſas rapuit Tritonia pugnas.
An grauis alloquio? veſtros an fortè petebat
Importuna choros? atqui Trinacria longè,
Eſſet ne vobis oneri, deſerta colebat.
Quid latuiſſe iuuat? rabiem liuoris acerbi
Nulla poteſt placare [b] dies.] his increpat omnes b. quies. G.L.
Vocibus: aſt illæ (prohibet [c] reuerentia patris) c. ſentẽtia G.
Aut recitent, aut noſſe negant, reſponſaque matri
Dãt lacrimas. quid agat? rurſus ſe victa remittit,
Inque humiles [d] demiſſa preces. ignoſcite, ſi quid d. dilapſa G.L.
Intumuit pietas: ſi quid flagrantiùs actum eſt
Quam [e] decuit miſerã, ſupplex, [f] miſerãdaq. ve- e. miſeram decuit, G.
Aduoluor genibus. liceat cognoſcere ſortem: (ſtris f. deiectaque B.
Hoc tantùm liceat, certos habuiſſe [g] furores.
Scire peto quæ forma mali: quancumque [h] dediſtis g. dolores P.C.L.
Fortunam. ſit [i] rapta: feram, fatumque putabo, h. tuliſtis P.L.
Non ſcelus. adſpectum precor indulgete parenti. i. nota G. L.
Non repetam quæſita manu: ſecurus habeto
Quiſquis es: affirmo prædam: deſiſte vereri. k. fœdera G.
Quòd ſi vos aliquo præuenit [k] munere raptor:
Tu certè Latona refer: confeſſa Diana
Fortè tibi; noſti quid ſit Lucina, [l] timorque l. quis hor ror P.G.L
Pro genitis, & quantus amor, partuſque tuliſti
Tu geminos: hæc vna mihi. ſic crine fruaris
Semper Apollineo: ſic me felicior æuum
Mater agas. largis tunc imbribus ora madeſcunt.



Ayuntamiento de Madrid

a. eſt, non habẽt P.L. Quid tantum [a] eſt dignũ fleri, dignúmque taceri?
Hei mihi, diſcedunt omnes. quid vana moraris
Vlterius? non bella palàm cæleſtia ſentis?
Quin potius natam pelago, terríſque requiris?
b fretũ: G. Accingar luſtrare [b] diem: per deuia rerum
Indefeſſa ferar: nulla ceſſabitur hora.
Non requies, non ſomnus erit, dũ pignus ademtum
Inueniam, gremio quamuis mergatur Iberæ
c. vallata P.L. Tethyos, & rubro iaceat [c] velata profundo.
Non Rheni glacies, non me Rhipæa tenebunt
d. nec P.L. Frigora: [d] non dubio Syrtis cunctabitur æſtu.
Stat fines penetrare Noti, Boreæque niualem
Veſtigare domum. primo calcabitur Atlas
Occaſu, facibúsque meis lucebit Hydaſpes.
Impius errantem videat per rura per vrbes
Iupiter: exſtincta ſatietur pellice Iuno.
Inſultate mihi: cælo regnate ſuperbi.
Ducite præclarum Cereris de ſtirpe triumphum.
e Hæc P. G.L. [e] Sic fatur, notaéque iugis illabitur Aetnæ,
f informatura B. Noctiuago tedas [f] inſtammatura labori. (fert
Lucus erat prope flumẽ Acim, quod cãdida præ-
Sæpe mari, pulcróque ſecat Galatea natatu,
Denſus, & innexis Aetnæa cacumina ramis,
g. Qualibet Aldus. [g] Qua libet vſque tegens: illic poſuiſſe cruentam
Aegida, captiuámque pater poſt prælia prædam
Adnexiſſe datur. Phlegræis ſilua ſuperbit
Exuuiis, totúmque nemus victoria veſtit.
h. & P. G.L. Heic patuli rictus: [h] heic prodigioſa Gigantum
Tergora dependent, & adhuc crudele minantur
Affixæ facies truncis, immaniáque oſſa
Serpentum paſſim tumulis exſanguibus albent,
Et rigidæ multo ſuſpirant fulmine pelles,

Nullá-

Ayuntamiento de Madrid

Nulláque non magni iactat ſe nominis arbor.
Hæc centum gemini ſtrictos Aegæonis enſes
Curuata vix [a] fronte leuat : liuentibus illa — a. fronde P.G.L.
Exſultat [b] Coei ſpoliis, hæc arma Mimantis — b Zanclis Parrh. Caci P.C.L. corrupte.
Suſtinet. hos onerat ramos exutus Ophion.
Altior [c] & cunctis abies, vmbroſaque latè — c. at G. L.
Ipſius Enceladi fumantia geſtat opima
Summi terrigenum Regis, caderetque grauata
Pondere, ni [d] lapſum fulciret proxima quercus. — d. laſſam B
Inde timor, numenque loco, nemoriſque ſenectæ
Parcitur, ætheriiſque nefas nocuiſſe tropæis.
Paſcere nullus oues, nec robora lædere Cyclops
Audet, & ipſe fugit ſacra Polyphemus ab vmbra.
Non tamen hoc tardata Ceres : accenditur vltrò
Relligione loci, vibratque [e] incerta ſecurim, — e. infeſta P.G.L.
Ipſum etiam [f] petitura Iouem. ſuccidere pinus, — f. feritura P G L
[g] Et magis enodes [h] properat proſternere cedros, — g. Aut P. G.L.
Exploratque [i] abiens truncos, rectique tenorem — h. dubitat G.
Stipitis, & certo [k] prætentat brachia [l] nixu. — i. habiles P.G.
Sic qui vecturus longinqua per æquora merces
Molitur tellure ratem, vitamque procellis — k. perluſtrat C. pertẽtat G
Obiectare parat : fagos metitur, & alnos,
Et varium rudibus ſiluis accommodat vſum.
Quæ longa eſt : tumidis præbebit cornua velis. — l. viſu. P. C.L.
Quæ fortis : [m] clauo potior. quæ lenta : fauebit — m. malo P.C.G.L
Remigio. ſtagni patiens, aptanda carinæ.
Tollebant geminæ capita inuiolata cupreſſus
Ceſpite vicino : quales non rupibus Idæ
Miratur Simois : quales non diuite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes. — n. frontibus Parr
Germanas adeò credas : ſic [n] frondibus æquis — o. Exſtãt C.G.
[o] Adſtant, & ſocio deſpectant vertice lucum.



Ayuntamiento de Madrid

Hæ placuere faces. pernix inuadit vtramque
Cincta ſinus, exſerta manus, armata bipenni.
Alternaſque ferit, totiuſque obnixa trementes
Viribus impellit. pariter traxere ruinam,
a. comam, C. Et pariter poſuere [a] comas, campoq́ue recumbunt,
Faunorum Dryadumq́ue dolor. cōplectitur ambas
Sicut erant, alteq́ue leuat, retroq́ue ſolutis
Crinibus adſcendit faſtigia montis anheli,
b. Excedítque G [b] Exſuperatq́ue æſtus, & nulli peruia ſaxa,
Atque indignantes veſtigia calcat arenas.
Qualis peſtiferas animare ad crimina taxos
Torua Megæra ruit: Cadmi ſeu mœnia poſcat:
Siue Thyeſteis properet ſæuire Mycenis.
Dant tenebræ, Maneſq́ue locū, plantiſq́ue reſultant
c. ad vndam C. Tartara ferratis: donec Phlegethontis [c] in vnda
Conſtitit, & plenos accepit lampade fluctus.
d. feruentis G. Poſtquam eſt peruentum ſcopuli [d] flagrantis in ora:
e. aduerſa fronde L. Protinus arſuras [e] auerſa fronte cupreſſus
Faucibus iniecit mediis, lateq́ue cauernas
Texit, & vndantem flamarum obſtruxit hiatum,
Compreſſo mons igne tonat, clauſuſq́ue laborat
f. hærere C. Mulciber: obducti nequeunt [f] exire vapores.
Coniferi micuere apices, creuitq́ue fauillis
Aetna nouis. ſtrident admiſſo ſulfure rami.
g. Tunc P.C.G.L. [g] Tum, ne deficerent tantis [h] erroribus ignes,
Semper inocciduos, inſopitoſq́ue manere
h. feruoribus æſtus G. Iuſſit, & arcano perfudit robora ſucco:
Quo Phaëthon irrorat equos, quo Luna iuuencos.
Iamq́ue ſoporiferas nocturna ſilentia terris
Explicuere vices. laniato pectore longas
Inchoat illa vias, & ſic ingreſſa profatur.

Non tales geſtare tibi Proſerpina tedas

Spera-

Sperabam: ſed vota mihi communia matrum,
Et thalami, faſtæque faces, cælóque canendus
Ante oculos Hymenæus erat. ſic Numina fatis
Voluimur, & Lacheſis nullo diſcrimine [a] ſæuit. a. ſæuit? C.
Quàm nuper ſublimis eram, quantúque procorum
Cingebar ſtudiis! quæ non mihi pignus ob vnum
Cedebat numeroſa parens? tu prima voluptas,
Tu poſtrema mihi: per te fecunda videbar.
O decus, ô requies, ô grata ſuperbia matris:
Quæ geſſi florente Deam: qua ſoſpite numquam
Inferior Iunone fui: nunc ſqualida, vilis.
Hoc placitum patri. cur autem adſcribimus illum
His lacrimis? ego te, fateor, crudelis ademi,
Quæ te deſerui ſolam: quæ inſtantibus vltro
Hoſtibus expoſui. raucis ſecura fruebar
Nimirum thyaſis, & læta ſonantibus armis
Iungebam Phrygios, cùm tu raperere, leones.
Accipe, quas merui, pœnas. en ora fatiſcunt
Vulneribus, grandeſque rubent in pectore ſulci:
Immemor en vterus crebro contunditur ictu.
Qua te parte poli, quo te ſub cardine quæram?
Quis monſtrator erit? quæ me veſtigia ducent?
Quis currus? ferus ille quis eſt? terræ'ne, maríſne
Incola? quæ volucrum deprẽdam ſigna [b] rotarum. b. viarum? C.G.L.
Ibo, ibo quocumque pedes, quocumque iubebit
Caſus: ſic Venerem quærat deſerta Dione.
Efficiétne labor? rurſus te, nata, licebit
Amplecti? manet ille decor? manet ille genarum
Fulgor? an infelix talem fortaſſe videbo,
Qualis nocte venis? qualem per ſomnia vidi?
Sic ait, & prima greſſus molitur ab Aetna,
Exitiique reos flores, ipſumque rapinæ



Ayuntamiento de Madrid

*Deteſtata locum, ſequitur diſperſa viarum*
*Indicia, & pleno rimatur lumine campos,*
*Inclinatque faces. omnis madet orbita fletu,*
*Omnibus* [a] *admugit, quocumq. it, in æquore fuluis*
*Annatat vmbra fretis,* [b] *extremaque lucis imago*
*Italiam, Libyamque ferit. clareſcit Etruſcum*
*Litus, & accenſo reſplendent æquore Syrtes.*
*Antra procul Scyllæa petit, canibusque reductis*
*Pars ſtupefacta ſilet: pars non dũ exterrita latrat.*

a. adiũgit, quocumq; iit, æquore Scaliger Poetices lib. 5. adiũgit, quocumque iit in æquore, fluuis, G. admugit, quocumq. it in æquore, filuis, C. b. exterrnaq. Scaliger ibidẽ.

DE RAP. PROSERP. FINIS.

# CL. CLAVDIANI LIBRI I. IN RVFINVM
## PRAEFATIO.

PHOEBEO *domitus Python cùm decidit arcu,*
*Membra que Cirrhæo fudit anhela* [c] *iugo:*
*Qui ſpiris tegeret montes, hauriret hiatu*
*Flumina, ſanguineis tangeret aſtra iubis:*
*Iam liber Parnaſſus erat, nexuque ſoluto*
*Cœperat erecta ſurgere fronde nemus.*
*Concuſſæque diu ſpatioſis tractibus orni*
*Securas ventis explicuere comas.*
*Et qui vipereo ſpumauit ſæpe veneno*
*Cephiſſus,* [d] *liquidis purior ibat aquis.*
*Omnis iò Pæan regio ſonat, omnia Phœbum*
*Rura canunt, Tripodas plenior aura rotat.*
*Auditoque procul Muſarum carmine* [e] *dulci,*
*Ad Themidis coëunt antra ſeuera Deæ.*
*Nunc alio domini telis Pythone peremto*
*Conuenit ad noſtram ſacra caterua lyram.*
*Qui ſtabilem ſeruant anguſtis fratribus orbem,*
*Iuſtitia pacem, viribus arma regunt.*

c. rogo B.

d. nitidis P. l.

e. docti, B.

CL.

Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI IN RVFINVM, LIBER I.

SAEPE mihi dubiam traxit ſententia mentem,
Curarent Superi terras, an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.
Nam cùm diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi,
Præſcriptosque maris fines, anniq́ue meatus,
Et lucis, noctisq́ue vices: tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerſo tempore naſci,
Qui variam Phœben alieno iuſſerit igne
Compleri, Solemq́ue ſuo: porrexerit vndis
Litora: tellurem medio librauerit axe.
Sed cùm res hominum tanta caligine volui
Adſpicerem, lætosq́ue diu florere nocentes,
Vexariq́ue pios: rurſus labefacta cadebat
Religio, cauſſæque viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo [a] qui currere ſemina motu
Affirmat, magnumq́ue nouas per inane figuras
Fortuna non arte regi: quæ Numina [b] ſenſu
[c] Ambiguo vel nulla putat, vel neſcia [d] noſtri.
Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,
Abſoluitq́ue Deos. iam non ad culmina rerum
Iniuſtos creuiſſe queror: tolluntur in altum,
Vt lapſu grauiore ruant. vos pandite vati
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.
Inuidiæ quondam ſtimulis [e] incanduit atrox
Alecto, placidas latè cùm cerneret vrbes.

a. quæ P. C. I.
b. cēſet B.
c. Ambigua B.
d. veri. C.
e. præcanduit P.



Ayuntamiento de Madrid

a. ſæua B. Protinus infernas ad limina [a] tetra ſorores
Concilium deforme vocat: glomerantur in vnum
Innumeræ peſtes Erebi, quaſcumque ſiniſtro
Nox genuit fetu: nutrix Diſcordia belli,
Imperioſa Fames, letho vicina Senectus,
Impatienſque ſui Morbus, Liuorque ſecundis
Anxius, & ſciſſo mærens velamine Luctus,
Et Timor, & cæco præceps Audacia vultu,
b. quem P.C.I. Et Luxus populator opum, [b] cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur Egeſtas,
Fœdaque Auaritiæ complexæ pectora matris
Inſomnes longo veniunt examine Curæ.
Complentur vario ferrata ſedilia cœtu,
c. Totáq. [c] Toruaque collectis ſtipatur Curia monſtris.
Alecto ſtetit in medius, vulguſque tacere
Iuſſit, & obſtantes in tergum reppulit angues,
d. tunc P. C.I. Perque humeros errare dedit: [d] tum corde ſub imo
Incluſam rabidis patefecit vocibus iram.
Siccine tranquillo produci ſæcula curſu?
Sic fortunatas patiemur viuere gentes?
e. Quò P. I. [e] Quæ noua [f] corrupit noſtros clementia mores?
Quo rabies innata perit? quid inania proſunt
f. corrumpit P.I. Verbera? quid facibus nequicquam cingimur atris?
Heu nimis ignauæ, quas cælo Iupiter arcet,
g. Synæreſis [g] Theodoſius terris. en aurea naſcitur ætas.
En proles antiqua redit, concordia, virtus,
Cumque fide pietas alta ceruice vagantur,
Inſignemque canunt noſtra de plebe triumphum.
Pro dolor, ipſa mihi liquidas delapſa per auras
Iuſtitia inſultat, vitiuſque à ſtirpe reciſis
h. è non habent P. C.I. Elicit oppreſſas tenebroſo [h] è carcere leges.
At nos indecores longo torpebimus æuo,

Omnibus

Ayuntamiento de Madrid

*Omnibus eiectæ [a] regnis? agnoſcite tandem* a. terris?
*Quid Furias deceat, conſuetas ſumite vires.*
*Conuentuque nefas tanto decernite dignum.*
*Iam cupio Stygiis inuadere nubibus aſtra,*
*Iam flatu violare diem, laxare profundo*
*Frena mari, fluuios ruptis immittere ripis,*
*Et rerum [b] laxare fidem. ſic fata, cruentum* b. vexare
*Mugiit, & totos ſerpentum erexit hiatus,*
*Noxiáque effudit concuſſo crine venena.*
*Anceps motus erat vulgi. pars maxima bellum*
*Indicit Superis: pars Ditis iura [c] veretur,* c. tuetur C.
*Diſſenſuque alitur rumor. ceu murmurat alti*
*Impacata quies pelagi, cùm [d] flamine fracto* d. flumine P.I.
*Durat adhuc, ſeuitq. tumor, dubiumque per æſtum*
*Laſſa recedentis fluitant veſtigia venti.*
*Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra,*
*Quam penes inſani fremitus, animique profani*
*Error, & vndantes ſpumis furialibus iræ.*
*Non niſi quæſitum cognata cæde cruorem,*
*Illicitumque bibit, patrius quem fuderit enſis,*
*Quem dederint fratres, hæc terruit Herculis ora;*
*Hæc defenſores terrarum polluit arcus:*
*Hæc Athamanteæ direxit ſpicula dextræ:*
*Hæc Agamemnonios inter bacchata Penates*
*Alternis luſit iugulis. hac auſpice tedæ*
*Oedipodem matri, natæ iunxere Thyeſten.*
*Quæ tunc horriſonis effatur talia dictu.*
*Signa quidem ô ſociæ Diuos attollere contra*
*Nec fas eſt, nec poſſe reor: ſed lædere mundum*
*Si libet, & populis commune intendere lethum.*
*Eſt mihi prodigium cunctis immanius hydris,* e. velocius B.
*Tigride mobilius feta, [e] violentius [f] Auſtris,* f. Euris, C.

*Acrius*

*Acrius Harpyiis, [a] flauis incertius vndis*
*Rufinus: quem prima meo de matre cadentem*
*Suſcepi gremio. [b] reptauit paruus in iſto*
*Sæpe [c] ſinu tenero, perque ardua colla volutus*
*[d] Vbera quæſiuit fletu, linguiſque triſulcis*
*Mollia lambentes finxerunt [e] membra ceraſtæ.*
*[f] Me tradente dolos, geſtus, artemque nocendi*
*Edidicit ſimulare fidem, ſenſuſque minaces*
*Protegere, & blando fraudem prætexere riſu,*
*Plenus [g] ſæuitiæ, lucrique cupidine feruens.*
*Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis*
*Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis*
*Aurea Pactoli: totumque exhauſerit Hermum,*
*Ardebit maiore ſiti. [h] quàm fallere mentes*
*Doctus, & vnanimes odiis turbare ſodales.*
*Talem progenies [i] hominum ſi priſca tuliſſet:*
*Pirithoum fugeret Theſeus: offenſus Oreſtem*
*Desereret Pylades: odiſſet Caſtora Pollux.*
*Ipſa quidem fateor vinci, rabidoque magiſtram*
*Præuenit ingenio: nec plus ſermone morabor*
*Solus habet ſcelerum quidquid poſſedimus omnes.*
*Hunc ego, ſi veſtræ res eſt accommoda turbæ,*
*Regalem ad ſummi perducam principis aulam.*
*Sit licet ille Numa grauior, ſit denique Minos:*
*Cedet, & inſidiis noſtri flectetur alumni.*
*Orantem ſequitur clamor, cunctæque profanas*
*Porrexere manus, inuentaque triſtia laudant.*
*Illa vbi cæruleo veſtes connexuit angue,*
*Nodauitque adamãte comas: Phlegethonta ſonorum*
*Poſcit, & [k] ambuſto flagrantis ab aggere ripæ*
*Ingentem piceo ſuccendit gurgite pinum,*
*Pigraque veloces per Tartara concutit alas.*

a. refluis B.
b. paruus reptauit P.C.I.
c. ſinu, teneroq. per P.C.
d. Oſcula C.
e. ora B.
f. Meque etiam tradente dolos, arteſq. nocendi P.C.I.
g. ſæuitia, C.
h. nã P. I.
i. hominẽ C.
k. auguſto B.

Eſt

Eſt locus extremum pandit quâ Gallia litus
Oceani prætentus aquis, [a] quo fertur Vlyſſes
Sanguine libato populum mouiſſe Silentum.
Illic Vmbrarum tenui ſtridore volantum
Flebilis auditur queſtus; ſimulacra coloni
Pallida, defunctasque vident migrare figuras.
Hinc Dea proſiluit, Phœbique egreſſa ſerenos
Infecit radios, vlulatuque æthera rupit
Terrifico. ſenſit ferale Britannia murmur,
Et Senonũ quatit arua fragor, reuolutaq. Tethys
Subſtitit, & Rhenus proiecta torpuit [b] vnda.
Tunc in canitiem mutatis ſponte colubris
Longæuum mentita ſenem, rugisque ſeueras
Perſulcata genas, & ficto languida paſſu
Inuadit muros [c] Elyſæ notiſſima dudum
Tecta petens, oculisque diu liuentibus hæſit,
Peiorem mirata virum: tunc talia fatur.
Otia te Rufine iuuant, fruſtraque iuuentæ
Conſumis florem patriis inglorius aruis?
Heũ neſcis quid fata tibi, quid ſidera [d] donent,
Quid fortuna paret. toti dominabere mundo,
Si parere velis. artus ne ſperne ſeniles:
Namque mihi magicæ vires, æuique futuri
Præſcius ardor ineſt. noui quo Theſſala cantu
Eripiat Lunare iubar, quid ſigna ſagacis
Aegypti valeant, qua gens Chaldæa vocatis
[e] Imperat arte Deis, nec me latuere fluentes
Arboribus ſucci, funeſtarúmque poteſtas
Herbarum, quidquid lethali [f] germine pollens
Caucaſus, & Scythicæ vernãt in gramine rupes,
Quas legit Medea ferox, & callida Circe.
Sæpius horrendos Manes, ſacrisque [g] litaui.

a. vbi B.
b. vrna C.
c. Eluſæ Fulnius Vrſinus Emendat. in Cæſaris lib. 3 de bello Gallico, & Aldus Paulli F. Schol. in eundem Cæſaris locum legunt. Sed Fulnius hemiſtichium male recitat: quem Aldus, errore ductus ſequitur.
d. ſpondẽt. C. debẽt, B
e. Imperet Aldus.
f. gramine P. C. I.
g. litatis P. I.

Noctur-

*Nocturnis Hecaten, & condita funera traxi*
*Carminibus victura meis, multoſque canendo,*
*Quamuis Parcarum reſtarent fila, peremi.*
a flumina P.C.I. *Ire vagas quercus, & [a] flamina ſtare coëgi,*
b repreſſi B. *Verſaque non prono [b] curuaui flumina [c] lapſu,*
*In fontes reditura ſuos. neu vana locutum*
c curſu B. *Me fortaſſe putes, mutatos cerne Penates.*
*Dixerat: & niueæ, mirum, cœpere columnæ*
*Ditari, ſubitoque trabes lucere metallo.*
*Illecebris capitur, nimiumque elatus auaro*
*Paſcitur intuitu. ſic Rex ad prima tumebat*
*Mæonius, pulcro cum verteret omnia tactu.*
*Sed poſtquam riguiſſe dapes, fuluamque reuinctos*
*In glaciem vidit latices: tunc munus acerbum*
*Senſit, & inuiſo votum damnauit in auro.*
*Ergo animi victus, ſequimur quocumq. vocabis,*
*Seu tu vir, ſeu Numen, ait: patriaque relicta*
*Eous Furiæ iuſſu tendebat ad arces,*
*Inſtabileſque olim Symplegadas, & freta remis*
d. vrbe P. C.I. *Inclyta Theſſalicis: celſa qua Boſporus [d] arce*
*Splendet, & Othryſiis Aſiam diſcriminat oris.*
*Vt longum permenſus iter, ductuſque maligno*
*Stamine fatorum, claram ſubrepſit in aulam.*
*Ilicet ambitio naſci: diſcedere rectum:*
*Venum cuncta dari. profert arcana, clientes*
*Fallit, & ambitos à principe vendit honores.*
*Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem*
*Nutrit, & exiguum ſtimulando vulnus acerbat.*
*Ac veluti innumeros amnes accedere Nereus*
*Neſcit, & vndantē quamuis hinc hauriat Iſtrum,*
*Hinc bibat æſtiuum ſepteno gurgite Nilum,*
e. manet, C.I.P. *Par ſemper, ſimiliſque [e] meat: ſic fluctibus auri*

*Expleri*

Expleri calor ille nequit. cuicunque monile
Contextum gemmis, aut prædia culta fuiſſent:
Rufino populandus erat, dominoq́ue parabat
Exitium fecundus ager: metuenda colonis
Fertilitas: Laribus pellit, detrudit auitis
Finibus, aut aufert viuis, aut occupat hæres.
Congeſtæ cumulantur opes, orbisque [a] ruinas a. rapinas
Accipit vna domus. populi ſeruire coacti,
Plenaq́ue priuato ſuccumbunt oppida regno.
Quo veſane ruis? teneas vtrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
[b] Iungantur ſolium Crœſi, Cyriq́ue tiaræ: b. iūgātur ſoliū Cyri, Crœſiq. P. I.
Nūmquam diues eris, numquam ſatiabere quæſtu.
Semper inops, quicumque cupit. contentus honeſto
Fabricius paruo ſpernebat munera [c] Regum, c. Regis, B
Sudabatq́ue graui Conſul Serranus aratro,
Et caſa pugnaces Curios anguſta [d] tegebat. d. tenebat C. I.
Hæc mihi paupertas auguſtior: hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis. tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos: mihi donat inemtas
Terra dapes. rapiunt Tyrios tibi vellera ſuccos,
Et picturatæ ſaturantur murice veſtes.
Heic radiant flores, & prati viua voluptas
Ingenio variata ſuo. fulgentibus illic
Surgunt ſtrata toris. heic mollis panditur herba,
Sollicitum curis non abruptura ſoporem.
Turba ſalutantum latas [e] ibi perſtrepit ædes: e. tibi P. C. I
Heic auium cantus, labentis murmura riui.
Viuitur exiguo melius: natura beatis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti.
Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplice cultu:
Claſſica non fremerent: non ſtridula fraxinus iret:

Non

*Non ventus quateret puppes, non machina mu-*
*Creſcebat ſcelerata ſitis, prædæque recentis (ros.*
*Inceſtus flagrabat amor, nulluſque petendi*
*Cogendiue pudor. crebris periuria miſcet*
*Blanditiis: ſociat perituro fœdere dextras.*
*Si ſemel è tantis poſcenti quiſque negaſſet,*
*Effera prætumido quatiebat corda furore.*
*Quæ ſic Gætuli iaculo percuſſa leæna,*
*Aut Hyrcana premens, raptorem bellua partus,*
*Aut ſerpens calcata furit? iurata Deorum*
a.nuſquã C — *Maieſtas teritur:* [a] *numquam reuerentia menſæ,*
*Non coniux, non ipſe ſimul, non pignora cæſa*
*Sufficiunt odiis: non exſtinxiſſe propinquos,*
b.exſcindere B. — *Non notos egiſſe ſat eſt.* [b] *extinguere ciues*
*Funditus, & nomen gentis delere laborat.*
c. perimit celeri B. — *Nec* [c] *celeri mittit letho: crudelibus antè*
*Suppliciis finitur. cruciatus, vincla, tenebras*
*Dilato mucrone parat; prô ſæuior enſe*
d Portenti B. — [d] *Parcendi rabies! conceſſaque vita dolori.*
e.parũ? C. — *Mors adeòne* [e] *parum eſt? cauſſis fallacibus in-*
*Arguit attonitos ſe iudice. cetera ſegnis, (ſtat:*
Aut. *Ad facinus velox: penitus regione remotas*
.Typhęo. *vulgati li. corrupte.* — *Impiger ire vias. non illum Sirius ardens,*
*Brumáue* [f] *Rhipæo* [g] *ſtridens Aquilone retardat.*
g. ſtringẽs I. — *Effera torquebant auidæ præcordia curæ,*
*Effugeret ne quis gladios,* [h] *ne perderet vllum*
h. neu P. C. — *Auguſto miſerante nefas. non flectitur annis:*
*Non ætate labat. iuuenum rorantia colla*
*Ante patrum vultus ſtricta cecidere ſecuri.*
*Ibat grandæuus nato moriente ſuperſtes*
*Poſt trabeas exſul. quis prodere tanta relatu*
*Funera, quis cædes poſſet deflere nefandas?*

*Quid*

Ayuntamiento de Madrid

Quid tale immanes vmquam geſſiſſe feruntur
Vel Scinis Iſthmiaca pinu, vel rupe profunda
Sciron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sulla?
O mites Diomedis equi: Buſiridis aræ
Clementes. iam Cinna pius, iam Sparthace lenis
Ruſino collatus erit. deiecerat omnes
Occultis odiis terror, tacitíque ſepultos
Suſpirant gemitus, indignaríque verentur.
At non magnanimi virtus Stiliconis eodem
Fracta metu: ſolus, medioque in turbine rerum
Contra lethiferos rictus, contraque rapacem
Mouit tela feram, volucris non præpete curſu
Vectus equi, non Pegaſeis adiutus habenis.
Hic cunctis optata quies, hic ſola pericli
Turris erat, clypeuſq; trucem porrectus in hoſtem:
Hic profugis ſedes, aduerſaque regna furori,
Seruandis hic caſtra bonis: hucuſque minatus
Hærebat, retroque fuga cedebat inerti.
Haud ſecus hiberno tumidus cùm vertice torrens
Saxa rotat, [a] voluitque nemus, [b] ponteſq; reuellit, a. vertitq. B.
Frangitur obiectu ſcopuli, quærenſque meatum b. poſteeq. B.
Spumat, & illiſa montem circumtonat vnda.
Qua dignum te laude feram, qui pæne ruenti,
Lapſuroque tuos humeros obieceris orbi?
Te nobis trepidæ ceu ſidus dulce carinæ
Oſtendêre Dei: geminis quæ lapſa procellis
Tunditur, & victo trahitur iam cæca magiſtro.
Inachius [c] quondam perhibetur in æquore Perſeùs c. rubro P.C.I.
Neptuni domuiſſe pecus: ſed tutior alis
Te non penna [d] vehit rigida cum Gorgone Perſeùs. d. tegit B.
Tu non vipereo defenſus crine Meduſæ.
Illum vilis amor ſuſpenſæ virginis egit:

Te Re-

Andromedis Cephei Æthiopum regis filiæ

Te Romana ſalus. taceat ſuperata vetuſtas,
Herculeos conſerre tuis iam deſinat actus.
Vna Cleonæum paſcebat ſilua leonem.
Arcadiæ ſaltum vaſtabat dentibus vnum
Sæuus aper, túque ô compreſſa matre rebellis
Non vltra Libyæ fines Antæe nocebas,
Solaque fulmineo reſonabat Creta iuuenco,
Lernæámque virens obſederat Hydra paludem,
Hoc monſtrum non vna palus, non vna tremebat
Inſula: ſed Latia quidquid ditione ſubactum
Viuit, & à primis Ganges horrebat Iberis.
Hoc neque Geryon triplex, nec turbidus Orci
Ianitor æquabat, nec ſi concurrat in vnum
Vis Hydræ, Scyllǽque fames & flama Chymaræ.
Certamen ſublime diu, ſed moribus impar
Virtutum, ſcelerúmque fuit. iugulare minatur:
Tu prohibes. ditem ſpoliat: tu reddis egenti.
Eruit: inſtauras. accendit prælia: vincis.
Ac velut infecto morbus crudeſcere cælo
Incipiens, primo pecudum depaſcitur artus;
Mox populos, vrbesque rapit, ventuque peruſtis,
a. diffundit P.C.I. Corruptos Stygiam peſtem [a] deſudat in amnes.
Sic auidus prædo iam non per ſingula ſæuit;
Sed ſceptris inferre minas, omníque peremto
b. ardet P. I. Milite, Romanas [b] audet proſternere vires.
Iam gentes, Iſtrúmque mouet, Scythiáq. [c] receptat
c. retentat P.C. Auxilio, traditque ſuas hoſtilibus armis
d. defendit B. Relliquias. miſtis [d] deſcendit Sarmata Dacis,
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes, patriamque bibens Mæotin Alanus.
Membráque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus.
e. collata I. Rufino [e] collecta manus: vetat ille domari,

Innectit-

Inneɛtitque moras, & congrua tempora differt.
Nam tua cùm Geticas ſtrauiſſet dextera turmas,
Vlta Ducis ſocij lethum, parſque vna maneret
Debilior, faciliſque capi: tunc [a] impius ille
[b] Proditor imperij, coniuratuſque Getarum,
Diſtulit inſtantes eluſo principe pugnas,
Hunnorum [c] laturus opem: quos affore bello
Norat, & inuiſis mox ſe coniungere caſtris.
Eſt genus extremos Scythiæ vergentis in ortus
Trans gelidũ Tanaim: quo non [d] deformius vllum
Arctos alit. [e] triſtes habitus, obſcœnaque viſu
Corpora: mens duro numquam ceſſura labori,
Præda cibus, vitanda Ceres, [f] fratreſque necare
Ludus, & occiſos pulcrum iurare parentes.
Nec plus nubigenas duplex natura [g] biformis
Cognatis aptauit equis: acerrima nullo
Ordine mobilitas, inſperatique recurſus.
Quos tamen impauidus contra ſpumãtis ad Hebri
[h] Tendit aquas, ſic ante tubas [i] ferrũque precatus:
Mauors, nubifero ſeu tu procumbis in Aemo,
Seu te cana gelu Rhodope, ſeu remige [k] Medo
Sollicitatus Athos, ſeu caligantia nigris
Ilicibus Pangæa tenent, accingere mecum
Et Thracas defende tuos: ſi lætior adſit
Gloria, veſtita ſpoliis donabere quercu.
Audiit illa pater, ſcopuliſque niualibus Aemi
Surgit, & hortatur celeres clamore miniſtros.
Fer galeam Bellona mihi, [l] nexúque rotarum
Tende Pauor: frenet [m] rapidos Formido iugales.
Feſtinas vrgete manus: meus ecce paratur
Ad bellum Stilico, qui me de more tropæis
Ditat, & hoſtiles ſuſpendit in arbore criſtas.

a. proditor P.C.I.
b. Impius P.C.I.
c. ablaturus B.
d. famoſius P.C.I
e. turpes B.
f. fratreq; ſecare C. fronteque ſecare P.I
g. biformes P.C.I.
h. Tendis P.G.I.
i. aciemq; B.
k. nudo P.I
l. nexuſq; P.C.
m. trepidos B.

Communes ſemper litui communia nobis
a.curſu P.C. Signa canunt, iunctoque ſequor tentoria [a] curru.
Sic fatus campo inſiluit, lateque fugatas
b.agebant P.C. Hinc Stilico turbas, illinc Gradiuus [b] agebat
Et clypeis, & mole pares. Stat caſſis vtrique
Ironia Sidereus hirſuta iubis, loricaque curſu
Aeſtuat, & largo ſatiatur vulnere cornus.
c.multoq. P.C.I Acrior interea voto, [c] multoque Megæra
Luxuriata [d] malis, mæſtam deprendit in arce
d.malo,P.C.I. Iuſtitiam, [e] diroque prior ſic ore laceſſit.
e.atque prior diro P.C.I. †En tibi priſca quies, [f] reuocataque ſecula rurſus,
Vt rebare, vigent. en noſtra potentia ceſſit,
f.renouataque P.C Nec locus eſt vſquam Furiis. huc lumina flecte:
Adſpice Barbaricis iaceant quot mœnia flammis,
g.clades C. Quas mihi Rufinus [g] ſtrages, quantumque cruoris
Præbeat, & quantis epulentur cædibus hydri.
h.ſidera noctis: B. Linque homines, ſortemq. meã: pete [h] ſidera: noctis
Autumni te redde plagis, qua vergit in Auſtrum
Signifer, æſtiuo ſedes vicina Leoni.
Iam pridem gelidæ ceſſant confinia Libræ,
Atque vtinam per magna ſequi conuexa liceret.
Diua refert: non vlterius bacchabere demens.
i.ille C. Iam pœnas dabit [i] iſte tuus: iam debitus vltor
Imminet, & terras qui nunc, ipſumque fatigat
Æthera, nec vili moriens condetur arena.
Iamque aderit læto promiſſus Honorius æuo,
Nec forti genitore minor, nec fratre coruſco:
k.qui C. Qui ſubiget Medos, [k] & cuſpide proteret Indos.
Sub iuga venturi Reges, calcabitur aſper
Phaſis equo, pontemque pati cogetur Araxes.
Tuque ſimul grauibus ferri religata catenis
Expellere die, debellataque draconum

Tonſa

Ayuntamiento de Madrid

*Tonſa comas imo Barathri claudere receſſu.*
*Tunc tellus communis erit: tunc limite nullo*
*Diſcernetur ager: nec vomere ſulcus adunco*
*Findetur: ſubitis meſſor gaudebit ariſtis.*
*Rorabunt querceta fauis: ſtagnantia paſſim*
*Vina fluent, oleique lacus: nec murice tinctis*
*Velleribus quæretur honor: ſed ſponte rubebunt*
*Attonito paſtore greges, Pontumque per omnem*
*Ridebunt virides gemmis naſcentibus algæ.*

## CL. CLAVDIANI IN RVFINVM, LIBER II.

*IAm poſt edomitas Alpes, defenſaque regna*
*Heſperiæ, merita complexus ſede parentem*
*Auctior adiecto fulgebat ſidere mundus,*
*Iamque tuis Stilico Romana potentia curis,*
*Et rerum commiſſus apex. tibi credita fratrum*
*Vtraque maieſtas, geminæque exercitus aulæ.*
*Rufinus (neque enim patiuntur ſæua quietem*
*Crimina, pollutæque negant areſcere fauces)*
*Infandis iterum* [a] *terras accendere bellis* b. bellis accendere terras C.
*Inchoat, & ſolito pacem turbare tumultu.*
*Hæc etiam ſecum. qua nam ratione tuebor*
*Spem vitæ fragilem? qua tot depellere fluctus*
*Arte queam? premor hinc odiis: hinc milite cingor.*
*Heu quid agam? nō arma mihi, non principis vllus*
*Auxiliatur amor, matura pericula ſurgunt*
*Vndique, & impoſiti radiant ceruicibus enſes.*



Ayuntamiento de Madrid

Quid reſtat, niſi cuncta nouo confundere luctu,
Inſonteſque meæ populos miſcere ruinæ?
Euerſo iuuat orbe mori. ſolatia letho
Exitium commune dabit: nec territus antè
Diſcedam: cum luce ſimul linquenda poteſtas.
Hæc fatus, ventis veluti ſi frena remittat
Aeolus, abrupto gentes ſic obice fudit,
Laxauitque viam bellis, & ne qua maneret
a demiſit C. Immunis regio, cladem [a] diuiſit in [b] orbem,
b. vrbes, B. Diſpoſuitque nefas. alij per terga ferocis
Danubij ſolidata ruunt, expertáque remos
c. luſtra, B Frangunt ſtagna rotis: alij per Caſpia [c] clauſtra,
Armeniáſque niues inopino tramite ducti
Inuadunt Orientis opes. iam paſcua fumant
Cappadocū, volucrumque pares Argeus equorum:
Iam rubet altus Halis, nec ſe defendit iniquo
d. montes B. Monte Cilix, Syriæ [d] tractus vaſtantur amœni,
Aſſuetúmque choris, & læta plebe canorum
Proterit imbellem ſonipes hoſtilis Orontem.
Hinc planctus Aſiæ: Geticis Europa cateruis
Ludibrio, prædæque datur, frondentis aduſque
Dalmatiæ fines: omnis quà mobile Ponti
Aequor, & Hadriacas tellus interiacet vndas,
Squalet inops pecudum, nullis habitata colonis,
Inſtar anhelantis Libyæ, quæ torrida ſemper
Solibus humano neſcit manſueſcere cultu.
Theſſalus ardet ager: reticet paſtore fugato
Pelion: Emathias ignis populatur ariſtas.
Iam plaga Pannoniæ, miſerandaq́. mœnia Thracū,
Aruaque Myſorum: iam nulli flebile damnum,
Sed curſus ſolennis erat, campuſque furori
Expoſitus, ſenſumque malis detraxerat vſus.

Eheu

*Eheu quàm breuibus pereunt ingentia cauſis.*
*Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto*
*Seruatum, quòd mille ducum peperere labores,*
*Quod tantis Romana manus contexuit annis,*
*Proditor vnus iners anguſto tempore vertit.*
*Vrbs etiam, magnæ quæ dicitur æmula Romæ,* Conſtantinopolis.
*Et Chalcedonias contra deſpectat arenas,*
*Iam non finitimo Martis terrore mouetur;*
*Sed propius lucere faces, & rauca ſonare*
*Cornua, vibratíſque peti faſtigia telis*
*Adſpicit. hi vigili muros ſtatione tueri,*
*Hi iunctis properant portus munire carinis.*
*Obſeſſa tamen ille ferus lætatur in vrbe,*
*Exſultátque malis, ſummoque à culmine turris*
*Impia vicini cernit* [a] *certamina campi,* a. ſpectacula B.
*Vinctas ire nurus, hunc per vada cærula mergi,*
*Seminecem hunc ſubitò percuſſum vulnere labi*
*Dum fugit, hunc animam portis efflare ſub ipſis,*
*Nec canos prodeſſe ſeni, pueríque cruore*
*Maternos vndare ſinus. immenſa voluptas,*
*Et riſus plerumque ſubit: dolor afficit vnus,*
*Quòd feriat non ipſe manu. videt omnia latè*
*Præceptis incenſa ſuis, & crimine tanto*
*Luxuriat, carúmque ſibi non abnegat hoſtem.*
*Iactabatque vltrò, ſoli quòd caſtra paterent,*
*Sermonúmque foret vicibus permiſſa poteſtas.*
*Egregij quoties exiſſet fœderis auctor*
*Stipatus ſociis, circúmque armata clientum*
*Agmina, priuatis ibant famulantia ſignis:*
*Ipſe inter medios, ne qua de parte relinquat*
*Barbariem, reuocat fuluas in pectore pelles,*
*Frenaque, & immanes pharetras, arcuſque ſonoros*

Aſſimulat, mentémque palàm teſtatur amictus.
a.tenentem.P. Nec pudet Auſonios currus, & iura[a] regentem
Sumere deformes ritus, veſtémque Getarum,
Inſignemque habitum Latij mutare, togæque.
Mærent captiuæ pellito iudice leges. (tim:
Quis populi tunc vultus erat? quæ murmura fur-
b.dolorẽ P.C. Nam miſeris nec flere quidem, aut lenire[b] dolores
Colloquiis impune licet. quo nam vſque feremus
Exitiale iugum? duræ quis terminus vmquam
Sortis erit? quis nos funeſto turbine rerum,
Aut tantis ſoluet lacrimis: quos Barbarus illinc,
Hinc Rufinus agit: quibus arua fretumq; negatur?
Magna quidem per rura lues: ſed maior oberrat
Intra tecta timor. tandem ſuccurre ruenti
Heu patriæ Stilico: dilecta heic pignora certè,
Heic domus: heic thalamis[c] proprium Genialibus (omen:
c.primum C. [d] Hæc tibi felices erexit regia tedas.
d.Heic P. Vel ſolus ſperate veni: te prælia viſo
e. Langueſcent, auidíque cadet dementia monſtri.
Talibus vrgetur diſcors Aurora procellis.
At Stilico Zephyris cùm primùm bruma remitti,
Et iuga diffuſis nudari cœpta pruinis,
Partibus Italiæ tranquilla in pace locatis,
Vtraque caſtra mouẽs Phœbi properabat ad ortus,
Gallica diſcretis, Eoáque robora turmis
Complexus. numquam tantæ ditione ſub vna
Conuenere manus, nec tot diſcrimina vocum.
Illic armeniæ vibratis crinibus alæ
e.Herbida.B. [e] Feruida collectæ facili velamina nodo.
Inde truces flauo comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,
Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus,
Quos-

Ayuntamiento de Madrid

Quoſque rigat retro pernicior vnda Garumnæ,
Oceani pleno quoties impellitur æſtu.
Mens eadem cunctis, animique recentia ponunt
Vulnera: non odit victus, victórue ſuperbit.
Et quamuis præſens tumor, & ciuilia nuper
Claſſica, bellatrixque etiam nunc ira caleret,
In ducis eximium conſpirauêre fauorem.
Haud aliter Xerxem toto ſimul orbe ſecutus
Narratur rapuiſſe vagos exercitus amnes,
Et telis vmbraſſe diem, cùm claſſibus iret
Per ſcopulos, tectúmque pedes contemneret æquor.
Vix Alpes tranſgreſſus erat, nec iam ampliùs errat
Barbarus, aduentúmq. [a] tremens, ſe cogit in vnam a. timens, C.
Planitiem, tutóque includit paſcua gyro.
Tum duplici foſſa non exſuperabile vallum
Aſperat alternis ſudibus, muríque [b] locatum b. locata C.
In ſpeciem cæſis obtendit plauſtra iuuencis.
At procul exſanguis Rufinum perculit horror:
Infectæ [c] pallore genæ: ſtetit ore gelato c. terrore P.C.h.
Incertus peterétne fugam, veniámue ſubactus
Poſceret, an tantos ſeſe transferret in hoſtes.
Quid nunc diuitiæ, quid fului vaſta metalli
Congeries, quid purpureis effulta columnis
Atria, prolataéue iuuant ad ſidera moles?
Audit iter, numerátque dies, ſpatióque viarum
Metitur vitam, torquetur peſte futura,
Nec recipit ſomnos, & ſæpe cubilibus amens
Excutitur, pœnamque luit formidine pœnæ. not.
Sed redit in [d] faciem, ſcelerúmque immane reſumit d. rabiem P.
Ingenium, ſacráſque fores prædiuitis aulæ
Intrat, & Arcadium mixto terrore precatur,
Per fratris regale iubar, per [e] fata parentis e. facta P. C.



Ayuntamiento de Madrid

Aetherij, florem̃que tui te deprecor æui
Eripe me gladiis: liceat Stiliconis iniquas
Euitare manus. in noſtram Gallia cædem
Coniurata venit. quidquid ligat vltima Tethys;
Extremos vltra volitat gens ſi qua Britannos,
Mota mihi. tantis capiendi credimur armis:
Tot ſignis vnum petitur caput. vnde cruoris
Iſta ſitis? geminum [a] Stilico ſibi vindicat axem,
Et nullum vult eſſe parem: ſuccumbere poſcit
Cuncta ſibi: regit Italiam, Libyamq́ue coërcet:
Hiſpanis Galliſq́ue iubet. non orbita Solis,
Non illum natura capit. quaſcumque parauit
Hic Auguſtus opes, &, quas poſt bella recepit,
Solus habet: poſſeſſa ſemel non reddere curat.
Scilicet ille quidem tranquilla pace [b] fruatur:
Nos premat obſidio? quid [c] partem inuadere tẽtat?
Deſerat Illyricos fines; Eoa remittat
Agmina; fraternas ex æquo diuidat haſtas;
Nec ſceptri tantùm fueris, ſed militis heres.
Quòd ſi diſſimulas noſtræ ſuccurrere morti,
Nec prohibere paras: Manes, & ſidera teſtor,
Hec ceruix non ſola cadet; miſcebitur alter
Sãguis; nec Stygias ferar incomitatus ad Vmbras,
Nec mea ſecurus ridebit funera victor.
Hæc vbi: dictatur facinus, miſſuſq́ue repente,
Qui ferat extortas inuito principe voces.
Intereà Stilico iam lætior hoſte propinquo,
Nec multo ſpatij diſtantibus æquore vallis
Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.
Armeniis frons læua datur; per cornua Gallos
Dexteriora locat. ſpumis igneſcere fræna,
Pulueris extolli nimbos, lateq́ue videres

a. cæli P. C. I.
b fruetur: P. I.
c. Spartem B.

Surgere

Surgere purpureis vndantes anguibus haſtas,
Serpentúmque vago cælum ſæuire volatu.
Implet Theſſaliam ferri nitor, antraque docti
Cornipedis, teneroque amnis reptatus Achilli,
Et nemus Oetæum reſonat clamore: niualis
Oſſa tonat, pulſóque fragor geminatur Olympo.
Intumuit virtus. & lucis prodigus arſit
Impetus. haud illos rupes, haud alta vetarent
Flumina: præcipiti ſtrauiſſent omnia curſu.
Si tunc his animis acies collata fuiſſet,
Prodita non tantas vidiſſet Græcia clades:
Oppida ſemoto Pelopeia Marte vigerent:
Starent Arcadiæ, ſtarent Lacedæmonis arces:
Non mare fumaſſet geminum flagrante Corintho,
Nec fera Cecropias traxiſſent vincula matres.
Illa dies potuit noſtris imponere finem
Cladibus, & ſceleris cauſſas auferre futuri.
Inuida, prô, quantũ rapuit Fortuna triumphum.
Inter equos, interque tubas mandata feruntur
a Regis, & armati veniunt ductoris ad aures. a.Regia, P.C.I.
Obſtupuit, ſimul ira virum, ſimul obruit ingens
Mæror, & ignauo tantum licuiſſe nocenti
Miratur. dubios anceps ſententia voluit
Euentus: peragat pugnas, an fortia cœpta
Deſerat. Illyricis ardet ſuccurrere damnis:
Præceptis obſtare timet. reuerentia frangit
Virtutis ſtimulos: hinc publica commoda ſuadent,
Hinc metus inuidiæ: tandem indignatus ad aſtra
Extollit palmas, & ab imo pectore fatur.
Numina Romanis nondum ſatiata ruinis,
Si iuuat imperium penitus de ſtirpe reuelli,
Vno ſi placuit deleri ſecula lapſu,



Ayuntamiento de Madrid

*Si piget humani generis: prorumpat in arua*
*Libertas effrena maris, vel limite nullo*
*Deuius errantes Phaëthon confundat habenas.*
*Cur per Rufinum geritur? procumbere mundum*
*Hoc auctore pudet medijs reuocamur ab armis,*
*Prô dolor, & ſtrictos deponere cogimur enſes.*
*Vos arſuræ vrbes, perituráque mœnia teſtor.*
a.caſibus hoſtem.B.
*Cedo equidẽ, & miſerum permitto* [a] *cladibus orbẽ.*
*Flectite ſigna duces: redeat iam miles Eous.*
b.Parcendum P.C I,
[b] *Parendum eſt: taceant litui: prohibete ſagittas.*
*Parcite contiguo, Rufinus præcipit hoſti.*
*His dictis, omnes vna fremuere manipli:*
*Quantum non Italo percuſſa Ceraunia fluctu:*
*Quantum non madidis illiſa tonitrua Coris.*
*Secerníque negant, ereptáque prælia poſcunt,*
*Inſignemque ducem populus defendit vterque,*
*Et ſibi quiſque trahit, magno certatur amore,*
*Alternámque fidem non illaudata laceſſit*
*Seditio, talique ſimul clamore mouentur.*
*Quis mihi nudatos enſes, quis tela lacertis*
*Excutit, & ſolui curuatos imperat arcus?*
c.ſtricto leges P. C.I. d. mihi P. C.I. e.tela C I. f.vltroque. C.I
*Quis nam audet* [c] *leges vibrato imponere ferro?*
*Inflamata ſemel neſcit miteſcere virtus.* 3
*Iam* [d] *iam Barbaricos ſitientia* [e] *pila cruores*
*Sponte volant,* [f] *vltrixq. manus mucrone furenti*
*Ducitur, & ſiccum gladium vagina recuſat.*
*Non patiar ſempérne Getis diſcordia noſtra*
*Proderit? en iterum belli ciuilis imago.*
*Quid conſanguineas acies, quid diuidis olim*
*Concordes aquilas? non diſſociabile corpus,*
*Coniunctúmque ſumus. te quo libet ire ſequemur:*
*Te vel Hyperboreo damnatam ſidere Thulen,*

Te vel

Ayuntamiento de Madrid

Te vel ad incenſas Libyæ comitabor arenas.
Indorum ſi ſtagna petas, rubráque receſſus
[a] Litoris, auriferum veniam poturus Hydaſpen. a. Aequoris. C.
Si calcare Notum, ſecretáque litora Nili
Naſcentis iubeas, mundum poſt terga relinquam.
Et quocumque loco Stilico tentoria figet,
Heic patria eſt. Dux inde vetat: deſiſtite quæſo,
Atque auidam differte manum. cadat iſte minacis
Inuidiæ cumulus. non eſt victoria tanti,
Vt videar viciſſe mihi. vos fida iuuentus
Ite mei quondam ſocij. nec plura locutus
Flexit iter. vacuo qualis diſcedit hiatu
Impatiens remeare leo, quem plurima cuſpis,
Et paſtorales pepulerunt igne cateruæ,
Inclinátque iubas, demiſſáque lumina velat,
Et trepidas mæſto rimatur murmure ſiluas.
Vt ſeſe legio vidit diſiuncta relinqui:
Ingentem tollit gemitum, galeáſque [b] ſolutis b. ſolutas C.
Humectat lacrymis, preſſámque morantia vocem
[c] Thoracum validos pulſant ſuſpiria nexus. c. Thoracis P.C.
Tradimur, heu, tantúmq; ſequi prohibemur amorē,
Exclamant: [d] tradiſne tuas Dux optime dextras, d. ſternéſne B.
Quas tibi victrices toties Bellona probauit?
Nos adeò viles? adeò felicior axis
Heſperius, meruit qui te rectore teneri?
Quid nobis patriam, quid cara reuiſere tandem
Pignora, [e] dilectóſue iuuat coluiſſe Penates? e. dilectoſque C.
Te ſine dulce nihil. iam formidata tyranni
Tempeſtas ſubeunda mihi: qui fortè nefandas
Iam parat inſidias: qui nos aut turpibus Hunnis,
Aut [f] impacatis famulos præſtabit Alanis. f. implacatis P.C.
Quamquam non adeò robur defecerit omne,

Tantáne

Ayuntamiento de Madrid

*Tantáue geſtandi fuerit penuria ferri:*
*Tu licet occiduo maneas ſub cardine Solis,*
*Tu mihi dux ſemper Stilico, noſtrâque vel abſens*
*Experiere fidem: dabitur tibi debita pridem*
*Victima: promiſſis longè placabere ſacris.*
*Triſtior Aemonius miles digreſſus ab oris,*
*Tangebat Macedûm fines, muróſque ſubibat*
*Theſſalonica tuos. ſenſu dolor hæret in alto*
*Abditus, & tacitas vindictæ præſtruit iras,*
*Spectatúrque fauens odiis locus, aptaque letho*
*Tempora, nec quiſquam tanta de plebe repertus,*
*Proderet incautus qui corda minantia verbis.*
*Quæ non poſteritas, quæ non mirabitur ætas*
*Tanti conſilium vulgi potuiſſe taceri,*
*Aut facinus tam grande tegi, mentiſque calorem*
*Non ſermone viæ, non inter pocula rumpi?*
*Aequalis tantam tenuit conſtantia turbam,*
*Et fuit arcanum populo. percurritur Hebrus,*
*Deſeritur Rhodope, Thracũque per ardua tendunt,*
*Donec ad Herculei peruentum nominis vrbem.*
*Vt ceſſiſſe ducem, propius veniſſe cohortes*
*Cognita Rufino: magna ceruice triumphat,*
*Omnia tuta ratus, ſceptrúmque capeſſere feruet,*
*Et coniuratos hortatur voce clientes.*
*Vicimus: expulimus. facilis iam copia regni:*
*Nullus ab hoſte timor. quis enim, quem*[a] *vincere*
*Horruit, hunc tanto munitũ milite vincat? (ſolũ*
*Quis ferat armatũ, quem non ſuperauit inermem?*
*I nunc exitium nobis meditare remotus*
*Incaſſum Stilico. dum nos longiſſima tellus*
*Diuidat, & mediis Nereus*[b] *interſtrepat vndis,*
*Alpinas tranſire tibi me*[c] *ſoſpite rupes*

*Haud*

a. poſcere B.
b. interfluat B.
c. Conſule B.

*Haud dabitur: iaculis illinc me figere tenta.*
*Quære ferox enſem, qui noſtra ad mœnia tendi*
*Poſſit ab Italia. non te monumenta priorum,*
*Non exempla vetant? quiſnam conatus adire*
*Has iactat vitaſſe manus? detruſimus orbe*
*Te medio, tantiſque ſimul ſpoliauimus armis.*
*Nunc epulas tempus, ſocij, nunc larga parare*
*Munera, donandumque nouis legionibus aurum.*
*Opportuna meis oritur lux craſtina votis.*
*Quod nolit, Rex ipſe velit, iubeatque coactus*
*In partem mihi regna dari: contingat in vno*
*Priuati fugiſſe modum, crimenque tyranni.*
*Talibus acclamat dictis infame nocentum*
*Concilium, qui perpetuis creuere rapinis,*
*Et quos vna facit Rufino cauſſa ſodales.*
*Illicitum duxiſſe nihil; delicta fuere*
*Nexus amicitiæ: iam iam* [a] *connubia læti*
a. connubia C.
*Deſpondent aliena ſibi, fruſtraque viciſſim*
*Promittunt quas quiſq. petat, quas deuoret vrbes.*
*Cœperat humanos alto ſopire labores*
*Nox gremio, pigraſque ſopor diffuderat alas.*
*Ille diu curis animum ſtimulantibus* [b] *æger*
b. ægram P.C.
*Labitur in ſomnos. vix toto corde quierat,*
*Ecce videt diras alludere protinus Vmbras,*
*Quas dedit ipſe neci: quarum, quæ clarior, vna*
*Viſa loqui. prô ſurge toro. quid plurima voluis*
*Anxius? hæc requiem rebus, finemque labori*
*Allatura dies: omni iam plebe redibis*
*Altior, & læti manibus portabere vulgi.*
*Has canit ambages: occulto fallitur ille*
*Omine, nec capitis* [c] *fixi præſagia ſenſit.*
c. ſenſit præſagia fixi. I. diri B.
*Iam ſummum radiis ſtringebat Lucifer Aemum,*

*Feſtinam-*

Ayuntamiento de Madrid

Feſtinámque rotam ſolito properantior vrget.
Tandem Rufini viſurus funera Titan
Proſiluit ſtratis, denſaéque capacia turbæ
Atria regifico iuſſit ſplendere paratu
Exceptura dapes, & , quod poſt vota daretur,
Inſcribi propriis aurum fatale figuris.
Ipſe ſalutatum reduces poſt prælia turmas
Iam regale tumens, & principe celſior ibat,
a. inſtabat P.C.I. Colláque femineo [a] geſtabat mollia geſtu
Imperij certus: tegeret ceu purpura dudum
Corpus, & ardentes ambirent tempora gemmæ.
Vrbis ab anguſto tractu, qua vergit in Auſtrũ,
Planities vicina patet: nam cetera Pontus
Circuit, exiguo dirimi ſe tramite paſſus.
b. Martis P.C. lucida Martis I. Heic vltrix acies ornatu fulgida [b] ferri
Explicuit cuneos. pedites in parte ſiniſtra
Conſiſtunt: equites illinc poſcentia curſum
Ora reluctantur preſſis ſedare lupatis.
c. Heic P. I. [c] Hinc alij ſæuum criſtato vertice nutant,
Et tremulos humeris gaudent vibrare colores,
Quos operit, formátque chalybs. coniũcta per artem
d. animatur. P I. Flexilis inductis [d] hamatur lamina membris,
Horribilis viſu: credas ſimulacra moueri
Ferrea, cognatóque viros ſpirare metallo.
Par veſtitus equus, ferrata fronte minantur,
Ferratóſque mouent ſecuri vulneris armos.
e. Diuiſo P.I. [e] Et iuſſo ſtat quiſque loco. metuenda voluptas
Cernenti, pulcérque timor, ſpirisque remiſſis
Manſueſcunt varij vento ceſſante dracones.
Auguſtus veneranda prior vexilla ſalutat:
Rufinus ſequitur, qui fallere cuncta ſolebat
Callidus affatu, deuotáque brachia laudat

Nomine

Nomine quemq. vocans: natoſq. patreſque reuerſis
Nuntiat incolumes, illi dum plurima ficto
Certatim ſermone petunt: intendere longos
A tergo amplexus, inſperatoque ſuprema
Circuitu ſociare parant. decreſcere campus
Incipit, & clypeis in ſe redeuntia iunctis
Curuo paullatim ſinuantur cornua ductu.
Sic ligat immenſa virides indagine [b] ſiluas b. ſaltus C.
Venator: ſic attonitos ad litora piſces
Aequoreus populator agit, raroſque plagarum
Contrahit anfractus, & hiantes colligit oras.
Excludunt alios. cingi ſe feruidus ille
Neſcit adhuc, grauiterq. apprenſa veſte morantem
Increpat Auguſtum. ſcandat ſublime tribunal:
Participem ſceptri, ſocium declaret honoris.
Cùm ſubitò ſtringunt gladios, vox deſuper ingens
Infremuit, nobis etiam deterrime nobis
Speraſti famulas imponere poſſe catenas?
Vnde redi neſcis? patiárne audire ſatelles,
Qui leges aliis, libertatemque reduxi?
Bis [c] domitum ciuile nefas: bis rupimus Alpes. c. domui C.
Tot nos bella docent, nulli ſeruire tyranno.
Diriguit. ſpes nulla fugæ: ſeges vndique ferri
Circumfuſa micat. dextra, læuaque reuinctus
Hæſit, & enſiferæ ſtupuit mucrone coronæ.
Vt fera, quæ nuper montes amiſit auitos,
Altorumque exſul nemorum, damnatur arenæ:
[d] Muneribus [e] commota ruit. vir murmure contrà d. vulneribus P. I.
Hortatur: nixuſque genu venabula tendit. e. conuicta I. comata P.
Illa pauet ſtrepitus, cuneoſque erecta theatri
Deſpicit, & tanti miratur ſibila vulgi.
Vnus per medios audendi pronior enſe

a. exſerto P.C.I. Proſilit [a] erecto, dictiſque, & vulnere toruus
Appetit. hac Stilico, quem iactas pellere, dextra
Te ferit: hoc abſens inuadit viſcera ferro.
b. fatur, C. P. I. Sic [b] fatus, [c] meritoque latus tranſuerberat ictu.
c. meritumq́. P. Felix illa manus, talem quæ prima cruorem
Hauſerit, & feſſi pœnam librauerit orbis.
Mox omnes fodiunt haſtis artuſque trementes
d. tela P. I. Dilaniant: vno tot corpore [d] pila tepeſcunt,
Et non infecto puduit mucrone reuerti.
Hi vultus auidos, & adhuc ſpirantia vellunt
Lumina: truncatos alij rapuere lacertos.
Amputat ille pedes; humerum quatit ille ſolutis
e. confinia B. Nexibus. hic fracti reſerat [e] curuamina dorſi.
Hic iecur, hic cordis fibras, hic pandit anheli
Pulmonis latebras. ſpatium non inuenit ira,
f. victor B. Nec locus eſt odiis. conſumto funere [f] vix tum
g. cadit P. Deſeritur, ſparſumque [g] perit per tela cadauer.
Sic mons Aonius rubuit, cùm Penthea ferrent
Mænades, aut ſubitò mutatum Actæona cornu
Traderet inſanis Latonia virgo Moloſſis.
h. credis P. C. Criminibúſue tuis [h] ſperas fortuna mederi?
Et malè donatum [i] certas æquare fauorem
i. ſperas P. C. Supplicijs? vna tot millia morte rependis?
Euerſis agedum Rufinum diuide terris:
Da caput Odryſiis: truncum mereantur Achiui.
Quid reliquis dabitur? nec ſingula mēbra peremtis
k. obuia B. Sufficiunt populis. vacuo plebs [k] vndique muro
Iam ſecura ruit. ſenibus non obſtitit ætas,
Virginibúſue pudor. viduæ quibus ille maritos
Abſtulit, orbatæque ruunt ad gaudia matres,
Inſultantque alacres. laceros iuuat ire per artus,
Preſſaque calcato veſtigia ſanguine tingi.

Nec

Ayuntamiento de Madrid

*Nec minùs aſſiduis*[a] *certant elidere ſaxis*
*Prodigiale caput, quod*[b] *iam de cuſpide ſumma*
*Nutabat, digna rediens ad mœnia pompa.*
*Dextera quinetiam ludo conceſſa vagatur*
*Aera petens,*[c] *pœnasque animi perſoluit auari*
*Terribili lucro, viuoſque imitata*[d] *retentus*
*Cogitur adductis digitos inflectere neruis.*
*Deſinat elatis quiſquam confidere rebus,*
*Inſtabileſque Deos,*[e] *ac lubrica Numina diſcat.*
*Illa manus, quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat,*
*Cuius ſe toties ſubmiſit ad oſcula ſupplex*
*Nobilitas, inhumata diu, miſeróque reuulſa*
*Corpore feralem quæſtum poſt fata popoſcit.*
*Adſpiciat,*[f] *ne quis nimium ſublata ſecundis*
*Colla gerat: triuiis calcandus ſpargitur ecce,*
*Qui ſibi pyramidas, qui non cedentia templis*
*Ornatura ſuos exſtruxit culmina Manes,*
*Et, qui Sidonio velari*[g] *credidit oſtro,*
*Nudus paſcit aues. iacet en, qui poſſidet orbem,*
*Exiguæ telluris inops, & puluere raro*
*Per partes tegitur:*[h] *numquam, totiéſque ſepultus.*
*Senſerunt conuexa necem, tellúſque nefandum*
*Emolitur onus. iam reſpirantibus aſtris,*
*Infernos grauat Vmbra lacus, pater Aeacus horret,*
*Intrantémque etiam latratu Cerberus vrget.*
*Tunc animæ, quas ille fero ſub iure peremit,*
*Circumſtant, nigríque trahunt ad iudicis vrnam,*
*Infeſto fremitu. veluti paſtoris in ora*
*Commotæ glomerantur apes, qui dulcia*[i] *raptu*
*Mella trahit, pennasq; cient, & ſpicula tendunt,*
*Et tenuis ſaxi per propugnacula cinctæ*
*Rimoſam patriam, dilectáque pumicis antra*

a. tentant I. flagrant B.
b. nunc C.
c. fraudeſque B.
d. receptus B.
e. & P. C. I.
f. quiſquis B.
g. creditur C.
h. nuſquã, P. I.
i. quercus C.



Ayuntamiento de Madrid

Defendunt, pronoque fauos examine velant.
Eſt locus infauſtis, quo conciliantur in vnum
Cocytus, Phlegetonque vadis: inamœnus vterque
Alueus. hic voluit lacrymas: hic igne redundat.
Turris per geminos flammis vicinior amnes
a. ſiniſtro C. Porrigitur, ſolidoque rigens adamante, a ſiniſtrum
Proluit igne latus. dextra Cocytia fundit
Aequora, triſte gemens, & fletu concita plangit.
Huc poſt emeritam mortalia ſæcula vitam
b. Deueniunt. ibi P.C.I. b Deueniunt, vbi nulla manent diſcrimina fati,
Nullus honor, vanoque exutum nomine Regem
Proturbat plebeius egens quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos,
Et iuſtis dirimit ſontes. quos nolle fateri
Viderit: ad mala mox tranſmittit verbera fratris:
Nam iuxtà Rhadamanthus agit. cùm geſta superni
c. perſpexerit P. C.I. Curriculi, totoſque diu c proſpexerit actus:
Exæquat damnum meritis, & muta ferarum
Cogit vincla pati: truculentos ingerit vrſis,
Prædonéſque lupis: fallaces vulpibus addit.
At qui deſidia ſemper, vinóque grauatus
Indulgens Veneri voluit torpeſcere luxu:
Hunc ſuis immundi pingues detrudit in artus.
Qui iuſto plus eſſe loquax, arcanaque ſueuit
Prodere: piſcoſas fertur victurus in vndas,
Vt nimiam penſent æterna ſilentia vocem.
Quos vbi per varios annos, per mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine: tandem
Rurſus ad humanæ reuocat primordia formæ.
Tum quoque, dum lites, Stygiíque negotia ſoluit
Dura fori, vetereſque reos ex ordine quærit,
Rufinum procul ecce notat, viſuque ſeuero

Luſtrat,

Ayuntamiento de Madrid

*Luſtrat, & ex imo concuſſa ſede profatur.*
*Huc ſuperùm labes, huc inſatiabilis auri*
*Proluuies, pretioque nihil non auſe parato,*
*Quodq; mihi ſummũ ſcelus eſt, huc improbe legum*
*Venditor, Arctoi ſtimulator perfide Martis,*
*Cuius ob innumeras ſtrages anguſtus Auerni*
*Iam ſinus, & plena laſſatur portitor alno.*
*Quid demens manifeſta negas? en pectus iniuſtæ*
*Deformant maculæ, vitiisque inoleuit imago,*
*Nec ſeſe commiſſa tegunt genus omne dolorum*
*In te ferre lubet: dubio tibi pendula rupes*
*Immineat lapſu, volucer te torqueat axis,*
*Te refugi fallant latices, atque ore natanti*
*Areſcat decepta ſitis, dapibusque relictis*
*In tua manſurus migret præcordia vultur.*
*Quamquã omnes alij, quos hæc tormenta fatigant,*
*Pars quota ſint Rufine tui? quid tale vel audax*
*Fulmine Salmoneus,[2] vel lingua Tantalus egit?*
*Aut inconceſſo Tytius deliquit amore?*
*Cunctorum ſi facta ſimul iungantur in vnum,*
*Præcedes numero quo tanta piacula quiſquam*
*Supplicio conferre valet? quid denique dignum*
*Omnibus inueniam, vincant cùm ſingula pœnas?*
*Tollite de mediis animarum dedecus Vmbris:*
*Adſpexiſſe ſat eſt. oculis iam parcite noſtris,*
*Et Ditis purgate domos. agitate flagellis*
*Trans Styga, trans Erebum: vacuo mandate Barathro,*
*Infra Titanum tenebras, infraq; receſſus*
*Tartareos, noſtrumque Chaos: quo Ditis opaci*
*Fundamenta latent,* [a] *præceps vbi merſus anhelet,*
*Dum rotat aſtra polus, feriunt dum litora venti.*

2. Virg. Æn. 6. vide de Salmonea pœnas &c.

a. penitusque ib P.C.

FINIS.

# CL. CLAVDIANI IN EVTROPIVM,

## LIBER I.

SEmiſeros partus, metuendaque pignora matri,
Mœnibus in mediis auditum nocte luporum
Murmur, & attonito pecudes paſtore locutas,
Et lapidum duras hiemes, nimboque minacem
Sanguineo rubuiſſe Iouem, puteoſque cruore
Mutatos, viſaſque polo concurrere Lunas,
Et geminos Soles mirari deſinat orbis.
Omnia ceſſerunt eunucho Conſule monſtra.
Heu terræ cælique pudor. trabeata per vrbes
Oſtentatur anus, titulumque eſſeminat anni.
Pandite Pontifices Cumanæ carmina vatis,
Fulmineos ſollers Etruria conſulat ignes,
Immenſumque nefas fibris exploret haruſpex,
Quæ noua portendant Superi. Nilúſne meatu
Deuius, & noſtri tentat iam tranſfuga mundi
Se rubro miſcere mari? ruptóne Niphate
Rurſum Barbaricis Oriens vaſtabitur armis?
An morbi ventura lues? an nulla colono
Reſponſura ſeges? quæ tantas expiet iras
Victima? quo diras iugulo placabimus aras?
a. quod- Conſule luſtrandi faſces, ipſoque litandum
cumq. P. Prodigio: [a] quæcumque [b] parant hoc omine fata
C. l.
b. canãt B. Eutropius ceruice luat. ſic [c] omnia nobis
c. omina d Hæc regni fortuna tenes? quaénam iſta iocandi
Ald.
d. Hoc C. Sæuitia? humanis quantum bacchabere rebus?
Ald. Si tibi ſeruili placuit fœdare curules

Crimine,

*Crimine, procedat laxata compede Conſul.*
*Rupta Quirinales ſumant ergaſtula cinctus.*
*Des [a] ſaltem quęcumq. virum: diſcrimina quædam* a. alium B
*Sunt famulis, ſplendorq́; ſuus, maculamq́; minorem*
*Conditionis habet, domino qui vixerit vno.*
*Si pelagi fluctus, Libyæ ſi diſcis arenas,*
*Eutropij numerabis heros, quot iura, quot ille*
*Mutauit tabulas, vel quanta vocabula vertit.*
*[b] Nudatus quoties medicum dum conſulit emtor,* b. Mutatus P.C.I.
*Ne qua per occultum lateat iactura dolorem,*
*Omnes pœnituit pretij, venumq́ue redibat,*
*Dum vendi potuit: poſtquam deforme cadauer*
*Manſit, & in rugas totus defluxit aniles;*
*Iam ſpecie doni certatim limine pellunt,*
*Et fœdum ignaris properant obtrudere munus.*
*Tot tranſlata iugis ſummiſit colla vetuſtum*
*Seruitium, ſemperq́; nouum, nec deſtitit vmquam:*
*Cœpit ſæpe tamen cunabula prima cruentis*
*Debita ſupplicijs; rapitur caſtrandus ab ipſo*
*Vbere: ſuſcipiunt matris poſt viſcera pœnæ.*
*Aduolat Armenius certo mucrone reciſos*
*Edoctus mollire mares, damnoq́ue nefandum*
*Aucturus pretium, fecundum corporis [c] ignem* c. inguen I.
*Sedibus exhaurit geminis, vnoq́ue ſub ictu*
*Eripit officium patris, nomenq́ue mariti.*
*Ambiguus vitæ iacuit, penitusq́ue ſupremum*
*In cerebrum ſecti traxerunt frigora nerui.*
*Laudemúſne manum, quę vires abſtulit hoſti?*
*An potius fato cauſſam tribuiſſe queramur?*
*Profuerat manſiſſe virum. felicior exſtat*
*Opprobrio: ſeruiret adhuc, ſi [d] fortior eſſet.* d. grandior B.
*Inde per Aſſyriæ trahitur commercia ripæ.*

*Hinc fora venalis Galata ductore frequentat,*
a. poſſet P. I. *Permutatque domos varias. quis nomina* [a] *poſſit*
*Tanta ſequi? miles ſtabulis Ptolemæus in illis*
*Notior. hic longo laſſatus pellicis vſu*
b. Arétheo P. I. *Donat* [b] *Ariſtæo: neque enim iam dignus haberi,*
*Nec maturus emi, cùm faſtiditus abiret.*
*Quæ genuit, quanto planxit diuortia luctu.*
*Hæc erat heu Ptolemæe fides? hoc profuit ætas*
*In gremio conſumpta tuo, lectuſque iugalis,*
*Et ducti toties inter præſepia ſomni?*
*Libertas promiſſa perit, viduúmne relinquis*
*Eutropium? tantaſque premunt obliuia noctes?*
*Crudelis, generis prô ſors duriſſima noſtri.*
c. connubia B C. I. *Femina cùm ſenuit, retinet* [c] *connubia partu,*
*Vxoriſque decus matris reuerentia penſat:*
d. nitimur P. C. I. *Nos Lucina fugit, nec pignore* [d] *nititur vllo.*
*Cum forma dilapſus amor, defloruit oris*
*Gratia. qua miſeri ſcapulas tutabimur arte?*
e. auitum B. *Qua placeam ratione ſenex? ſic fatus* [e] *acutum*
*Aggreditur lenonis opus, nec ſegnis ad artem*
*Mens erat, officiiſque capax, omneſque pudoris*
*Hauſerat inſidias. cuſtodia nulla tuendo*
*Fida toro: nulli poterant excludere vectes.*
f. in P. C. I *Ille vel ærata Danäen* [f] *ſub turre latentem*
*Eliceret. fletus domini fingebat amantis,*
*Indomitaſque mora, pretio lenibat auaras,*
*Laſciuaſque iocis: nec blandior vllus euntis*
*Ancillæ tetigiſſe latus, leuiterque reductis*
*Veſtibus occulto crimen mandaſſe ſuſurro,*
*Nec furtis quæſiſſe locum, nec fraude reperta*
*Cautior eluſi fremitus vitare mariti.*
*Haud aliter iuuenum flammis Ephyreia Lais*

E gemino

E gemino dilata mari, cùm ſeria reſudit
Canities. iam turba procax noctuque recedit
Ambitus, & raro pulſatur ianua tactu,
Seque reformidat ſpeculo damnante ſenectus.
Stat tamen, atque alias ſuccingit lena miniſtras,
Dilectumque [a] diu quamuis longæua lupanar a. ſemel B.
Circuit, & retinet mores, quos perdidit ætas.
Hinc honor Eutropio, cumq; omnibus vnica virtus
Eſſet in eunuchis, thalamos ſeruare pudicos,
Solus adulteriis creuit: nec verbera tergo
Ceſſauere tamen, quoties decepta libido
Irati caluiſſet heri, fruſtraque rogantem,
Iactantemque ſuos tot iam per luſtra labores,
Dotalem genero, nutritoremque puellæ
Tradidit. Eous rector, Conſulque futurus,
Pectebat dominæ crines, & ſæpe lauanti
Nudus in argento lympham geſtabat alumnæ:
Et cùm ſe rapido feſſam proiecerat æſtu,
Patricius roſeis pauonum ventilat alis.
Iamque æuo [b] laſſata cutis, ſulcique genarum b. laxata P. C.
Corruerat paſſa facies rugoſior vua:
Flaua minus preſſo ſinduntur vomere rura:
Nec vento ſic vela tremunt. miſerabile turpes
Exedere caput tineæ: [c] deſecta patebant c. deſerta P. C. I.
Interualla comæ. qualis ſitientibus aruis
Arida ieiunæ ſeges interlucet ariſtæ:
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris immoritur trunco brumalis hirundo.
Scilicet vt trabeis iniuria creſceret olim,
Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris
Luxuriæ fortuna ſuæ: cùm pallida nudis
Oſſibus horrorem dominis præberet imago



Ayuntamiento de Madrid

*Decolor, & macies occurſu læderet omnes.*
*Aut pueris latura metus, aut tædia menſis,*
*Aut crimen famulis, aut procedentibus omen,*
a. ceſpite P.C.I. *Et nihil exhauſto caperent in* [a] *ſtipite lucri.*
*Sternere quippe toros, vel cædere ligna culinæ*
*Membra negant. aurum, veſtes, arcana tueri*
b. inuita B *Mens* [b] *infida* [c] *vetat. quis enim committere vellet*
c. negat. I. *Lenoni thalamum? tandem ceu funus acerbum,*
*Infauſtamque ſuis truſere Penatibus Vmbram.*
*Contemptu iam liber erat. ſic paſtor obeſum*
*Lacte canem, ferroque ligat, paſcitque reuinctum,*
*Dum validus ſeruare gregem, vigilique rapaces*
*Latratu terrere lupos: cùm tardior idem*
d. deiecit P.C.I. *Iam ſcabie laceras* [d] *demiſit ſordibus aures,*
*Soluit, & exuto lucratur vincula collo.*
*Eſt vbi deſpectus nimius iuuat, vndique pulſo*
*Per cunctas licuit fraudes impune vagari,*
*Et fatis aperire viam. prô quiſquis Olympi*
*Summa tenes, tantóne libet mortalia riſu*
*Vertere? qui ſeruit non eſt admiſſus in vſum,*
*Suſcipitur regnis, &, quem priuata miniſtrum*
*Dedignata domus, moderantem ſuſtinet aula.*
*Vt primùm vetulam texere Palatia vulpem,*
*Quis non ingemuit? quis non irrepere ſacris*
*Obſequiis doluit toties venale cadauer?*
*Ipſi quin etiam tali conſorte fremebant*
*Regales famuli, quibus eſt illuſtrior ordo*
*Seruitij, ſociumque diu ſpreuere ſuperbi.*
*Cernite quem Latiis poſcant annectere faſtis:*
*Cuius & eunuchos pudeat. ſed vilior ante*
*Obſcuræ latuit pars ignotiſſima turbæ,*
*Donec abundanti Furiis qui rebus Eois*

*Exitium,*

Exitium,[a] primumq́ue ſibi produxit ab imis  a.primo& P.C.I.
Euectus thalamis, ſummos inuaſit honores.
Quàm bene diſpoſitum terris, vt dignus iniqui
Fructus conſilij primis auctoribus inſtet.
Sic multos fluuio vates arente per annos,
Hoſpite qui cæſo monuit placare Tonantem,
Inuentas primùm Buſiridis imbuit aras,
Et cecidit ſæui,[b] quo dixerat hoſtia ſacri.  b.qui P.
Sic opifex tauri, tormentorumq́ue repertor,
Qui funeſta nouo fabricauerat æra dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Senſit opus, docuitq́ue ſuum mugire iuuencum.
Nullius Eutropius, quàm qui ſe protulit antè,
Direptas poſſedit opes, nullumq́ue priorem
Perculit exſilio, ſolumq́ue hoc rite peregit,
Auctorem damnare ſuum, poſtquam obſitus æuo
Semiuir excelſam rerum ſublatus in arcem.
Quod nec vota[c] pati, nec fingere ſomnia poſſunt.  c.fatis B.
Vidit ſub pedibus leges, ſubiectaq́ue colla
Nobilium, tantumq́ue ſibi permittere fata.
Qui nihil optaſſet plus libertate mereri,
Iam iam diſſimulat dominos, alteq́ue tumeſcunt
Seruiles animi: procerum ſqualore[d] repletus  d.repletur P.I.
Carcer, & exſulibus Meroë, campiq́ue gemiſcunt
Aethiopum: pœnis hominũ plaga perſonat ardens:
Marmaricus claris violatur cædibus Ammon.
Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſæuit in omnes,
Vt ſe poſſe putent: nec bellua tetrior vlla eſt,
Quàm ſerui rabies in libera[e] colla furentis:  e.terga P.I.
Agnoſcit gemitus, & pœnæ parcere neſcit
Quam ſubiit, dominiq; memorquẽ verberat, odit.

Adde

*Adde quod eunuchus nulla pietate mouetur,*
*Nec generi natiſue cauet. clementia cunctis*
a. Iſte B. C. I. *In ſimiles, animoſque ligant conſortia damni.*
*[a] Ille nec eunuchis placidus: ſed peius in aurum*
*Aeſtuat: hoc vno fruitur ſucciſa libido.*
*Quid neruos ſecuiſſe iuuat? vis nulla cruentam*
b. curis, B. *Caſtrat auaritiam. paruis exercita [b] furtis,*
c. arte P. C. I. *Quæ vaſtare penum, neglectaque ſueuerat [c] arce,*
d. nunc, P. C. I. *Clauſtra remoliri, [d] non vberiore rapina*
*Peccet in orbe manus? quidquid ſe Tigris ab Aemo*
*Diuidit, hoc certa proponit merce locandum*
*Inſtitor imperij, campo famoſus honorum.*
*Hic Aſiam villa pactus regit: ille redemit*
*Coniugis ornatu Syriam. dolet ille paterna*
e. potenti P. C. I. *Bithynos mutaſſe domo. ſuffixa [e] patenti*
*Veſtibulo pretiis diſtinguit regula gentes.*
*Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.*
*Si Lyciam tenuiſſe velis, tot millia ponas:*
*Si Phrygas, adde parum. propriæ ſolatia ſortis*
*Communes vult eſſe notas, & venditus ipſe*
*Vendere cuncta cupit. certantum ſæpe duorum*
*Diuerſum ſuſpendit onus, cùm pondere iudex*
*Vergit, & in geminas nutat prouincia lances.*
*Non pudet heu Superi populos veniſſe ſub haſta*
*Vendentis? certè pudeat, quod iure ſepultum*
*Mancipium tot regna tenet, tot diſtrahit vrbes.*
*Pollentem ſolio Crœſum victoria Cyri*
*Fregit, vt Eunucho fluerent Pactolus & Hermus?*
*Attalus heredem voluit te Roma relinqui,*
*Reſtitit Antiochus præſcripto margine tauri,*
*Indomitos curru Seruilius egit Iſauros,*
*Et Pharos Auguſto iacuit, vel Creta Metello?*

Ne non

Ne non Eutropio quæſtus numeroſior eſſet,
In mercem veniunt Cilices, Iudæa, Sophene,
Romanuſque labor, Pompeianique triumphi?
Quò ſtruis hos auri cumulos? quæ pignora tantis
[a] Succedunt opibus? nubas, ducáſue licebit: a. Succedent P.C.
Numquã mater eris, nunquã pater. hoc tibi ferrũ,
Hoc natura negat. te grandibus India gemmis,
Te [b] foliis Arabes ditent, te vellere Seres: b. ſpoliis B.
Nullus inops adeò. nullum ſic vrget egeſtas,
Vt velit Eutropij fortunam, & membra paciſci.
Iámque oblita ſui, nec ſobria diuitiis mens
In miſeras leges, hominúmque negotia ludit.
Iudicat eunuchus. quid iam de Conſule miror?
Prodigium eſt quodcunque gerit. quæ pagina lites
[c] Femineas meminit? quibus vmquam ſæcula terris c. Sic actas B.
Eunuchi videre forum? ſed ne qua vacaret
Pars ignominia, neu quid reſtaret inauſum,
Arma etiam violare parat, portentáque monſtris
[d] Aggregat, & ſecum petulans amentia certat. d. Aggerat, P.I.
Erubuit Mauors, [e] aduerſaq; riſit Enyo, e. auerſaque B.
Dedecus Eoum quoties intenta ſagittis,
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon:
Arbiter aut quoties belli pacíſque recurrit,
Alloquitúrque Getas. gaudet, cùm viderit, hoſtis,
Et ſentit iam deeſſe viros. incendia fumant,
Muris nulla fides, ſqualent populatibus agri,
Et medio ſpes ſola mari. trans Phaſin aguntur
Cappadocum matres, ſtabuliſque abducta paternis
Caucaſias captiua bibunt armenta pruinas,
Et Scythicis mutant Argei pabula ſiluis.
Extra Cimmerias Taurorum clauſtra paludes f. Aſſyriis I.
[f] Flos Syriæ [g] ſeruet: ſpoliis nec ſufficit atrox g. ſeruit P.L.

Barbarus

*Barbarus: in cædem vertit faſtidia prædæ.*
*Ille tamen (quid enim ſeruum, mollemque pudebit?*
a. ſuperare B. *Aut quid in hoc poterit vultu [a] flagrare [b] ruboris?)*
*Pro victore redit: peditum vexilla ſequuntur,*
b. pudoris?) P. I. *Et turmæ ſimiles, Eunuchorumque manipli.*
*Helleſpontiacus legio digniſſima ſignis,*
*Obuius ire cliens, defenſoremque reuerſum*
*Complecti. placet ipſe ſibi, laxasque laborat*
*Diſtendiſſe genas, fictumque inflatus anhelat.*
c. tunicas, B. *Puluere reſperſus [c] tineas, & Solibus ora*
*Pallidior, verbisque ſonat plorabile quiddam*
*Vltra nequitiam fractus, & prælia narrat,*
*Perque ſuam tremula teſtatur voce ſororem*
*Defeciſſe vagas ad publica commoda vires:*
*Cedere liuori, nec ſuſtentare procellas*
*Inuidiæ, mergique fretis ſpumantibus orat.*
*Exoretque vtinam. dum talia fatur, ineptas*
*Detergit lacrymas, atque inter ſingula dicta*
*Flebile ſuſpirat. qualis venit arida ſocrus*
*Longinquam viſura nurum, vix laſſa reſedit,*
*Et iam vina petit. quid te turpiſſime bellis*
d. ſæui I. *Inſeris, aut [d] ſæuis pertentas Pallada [e] campis?*
e. campi? I. medius pertentas prælia campis? B. *Tu potes alterius ſtudiis hærere Mineruæ:*
*Tu telas, non tela pati: tu ſtamina noſſe;*
*Tu ſegnes operum ſollers vrgere puellas,*
*Et niueam dominæ penſis inuoluere lanam.*
*Vel ſi ſacra placent, habeas pro Marte Cybellem.*
*Rauca Celæneos ad tympana diſce furores.*
*Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu,*
*Inguinis & reliquum Phrygiis abſcindere cultris.*
*Arma relinque viris geminam quid diuidis aulam,*
*Conarisque pios odiis committere fratres?*

*Te magis*

*Te magis, ab demens, veterem, ſi reſpicis, artem*
*Conciliare decet. geſtis pro talibus annum*
*Flagitat Eutropius, ne quid non polluat vnus*
*Dux, acies, iudex, prætoria, tempora, Conſul.*
*Nil adeo fœdum eſt, quod non exacta vetuſtas*
*Ediderit, longíque labor commiſerit æui.*
*Oedipodes matrem, natam duxiſſe Thyeſtes*
*Cantatur: peperit fratres Iocaſta marito,*
*Et Pelopea ſibi* [a] *Thebas, ac funera Troiæ:* a. labes P. C. I.
*Triſtis Erichthei deplorat ſcena theatri:*
*In volucrem Tereus, Cadmus ſe vertit in anguem:*
*Scylla nouos mirata canes. hunc arbore figit,*
*Eleuat hunc pluma, ſquamis hunc fabula veſtit.*
*Hunc ſoluit fluuio, numquã ſpado Conſul in orbe,*
*Nec iudex, ductórue fuit. quodcumque virorum*
*Eſt decus, eunuchi ſcelus eſt: exempla creantur*
*Quæ ſocci ſuperent riſus, luctúſque cothurni.*
*Quàm* [b] *pulcrè conſpectus erat, cùm tenderet artus* b. pulcere
*Exſangues* [c] *onerare toga, cinctúque grauatus,* c. ornare P. C.
[d] *Inductoque ſenex obſcenior iret in auro!* d. induto C.
*Humani qualis ſimulator ſimius oris:*
*Quem puer arridens pretioſo ſtamine Serum*
*Velauit, nudaſque nates, ac terga reliquit;*
*Ludibrium menſis erecto pectore diues*
*Ambulat, & claro ſeſe deformat amictu.*
*Candida pollutos comitatur Curia faſces.*
*Forſitan & dominus præbet miracula lictor*
*Conſule nobilior, libertatemque daturus,*
*Quam nondum meruit, ſcandit ſublime tribunal,*
*Atque inter proprias laudes Aegyptia iactat*
*Somnia. proſtratoſque canit ſe vate tyrannos.*
*Scilicet in dubio vindex Bellona pependit,*

Dum

*Dum ſpado Tireſias, eneruatuſque Melampus*
*Reptat, ab extremo referens oracula Nilo:*
*Obſtrepuere auium voces, exhorruit annus*
*Nomen. & inſanum gemino proclamat ab ore,*
*Eunuchumque vetat faſtis accedere Ianus.*
*Sumeret illicitos etenim ſi femina faſces,*
*Eſſet turpe minus Medis, leuibuſque Sabæis.*
*Imperat hic ſexus, Reginarumque ſub armis*
*Barbariæ pars magna iacet: gens nulla probatur,*
*Eunuchi quæ ſceptra ferat. Tritonia, Phœbe,*
a. Terra, P. I. — *a Veſta, Ceres, Cybele, Iuno, Latona coluntur,*
*Eunuchi quæ templa Dei? quas vidimus aras?*
*Inde ſacerdotes: hæc intrat pectora Phœbus:*
*Inde canunt Delphi. Troianam ſola Mineruam*
*Virginitas Veſtalis adit, flamaſque tuetur:*
*Hi nullas meriti vittas, ſemperque profani.*
*Naſcitur ad fructum mulier, prolemque futuram:*
*Hoc genus inuentum eſt, vt ſeruiat. Herculis arcu*
*Concidit Hippolyte: Danai fugere bipennem*
*Pentheſilea tuam: claras Carthaginis arces*
*Creditur, & centum portis Babylona ſuperbam*
*Femineus ſtruxiſſe labor. quid nobile geſſit*
b. vrbes? B — *Eunuchus? quæ bella tulit? quas condidit b arces?*
*Illas præterea rerum natura creauit:*
*Hos fecere manus. ſeu prima Semiramis aſtu*
*Aſſyriis mentita virum ne vocis acutæ*
*Mollities, leueſque genæ ſe prodere poſſent,*
*Hos ſibi coniunxit ſimiles: ſeu Parthica ferro*
*Luxuries vetuit naſci lanuginis vmbram,*
*Seruatoque diu puerili flore coëgit*
*Arte retardatam Veneri ſeruire iuuentam.*
*Fama priùs falſo ſimilis, vanoque videri*

Ficta

Ficta ioco leuior volitare per oppida rumor,
Rideriq́ue nefas: [a] veluti nigrantibus alis — a. ſicut P.C I.
Audiretur olor, coruo certante liguſtris.
Atque aliquis grauior morum, ſi talibus, inquit,
Creditur, & nimiis turgent mendacia monſtris:
Iam teſtudo volat, profert iam cornua vultur,
Prona petunt retro fluuij [b] vada: Gadibus ortum — b. iuga P. I.
Armenij texere diem: iam frugibus aptum
Aequor, & aſſuetum [c] ſiluis delphina videbo: — c. aduectũ P.I.
Iam Cocleis homines iunctos, & quidquid inane
Nutrit, Indaicis quæ pingitur India velis.
Subiicit & miſtis ſalibus laſciuior alter.
Miraris? nihil eſt quod non in pectore magnum
Concipit Eutropius, ſemper noua, grandia ſemper
Diligit, & celeri deguſtat ſingula ſenſu.
Nil timet à tergo: vigilantibus vndique curis
Nocte, dieq́ue patet: lenis, faciliſq́ue moueri
Supplicibus, mediaq́ue tamen molliſſimus ira.
Nil negat, & ſeſe vel non poſcentibus offert.
Quodlibet ingenio ſubigit, traditq́ue fruendum,
Quidquid amas, dabit illa manus: cõmuniter omni
Fungitur officio, gaudetq́ue potentia flecti.
Hoc quoque conſiliis [d] peperit, meritoq́ue laborum — d. meruit.
Accipit, & trabeas argutæ præmia dextræ.
Poſtquam vera fides facinus vulgauit Eoum
Gentibus, & Romæ iam certius impulit aures:
Eutropiúmne etiam noſtra dignabimur ira?
Hic quoque Romani meruit pars eſſe [e] doloris? — e. laboris P. I.
Sic effata, rapit cæli per inania curſum
Diua potens, vnoq́ue Padum tranſlapſa volatu,
Caſtra ſui rectoris adit. tum fortè decorus
Cum Stilicone gener, pacem implorantibus vltro



Ayuntamiento de Madrid

*Germanis reſponſa dabat, legesq́ue Caycis*
*Arduus, & flauis ſignabat iura Suëuus.*
[a. Reges, C.] *His tribuit [a] leges, his obſide fœdera ſancit*
*Indicto: bellorum alios tranſcribit in vſus,*
*Militet vt noſtris detonſa Sicambria ſignis.*
*Læta ſubit Romam pietas, & gaudia pæne*
*Mouerunt lacrymas, tantoq́ue exſultat alumno.*
[b. defendente C. & in margine defenſata.] *Sic armenta ſuo iam [b] defenſante iuuenco*
*Celſius aſſurgunt erectæ cornua matri.*
*Sic iam terribilem ſtabulis, dominumq́ue ferarum*
*Creſcere miratur genitrix Maſſyla leonem.*
*Dimouit nebulam, iuueniq́ue apparuit ingens.*
*Tunc ſic orſa loqui. quantum te principe poſſim*
*Non longinqua docet. domito quod Saxone Tethys*
[c. ſtrato I.] *Mitior, aut [c] fracto ſecura Britannia Picto.*
*Ante pedes humili Franco, triſtiq́ue Suëuo*
*Perfruor, & noſtrum video Germanice Rhenum.*
*Sed quid agam? diſcors oriens felicibus actis*
*Inuidet, atque alio Phœbi de cardine ſurgunt*
*Crimina, ne toto conſpiret corpore regnum.*
*Gildonis taceo magna cum laude receptam*
*Perfidiam, & fretos Eoo robore Mauros.*
[d. Quàm C. I. ſuſpecta V. C. I.] *Quæ [d] ſuſcepta fames, quantum diſcriminis vrbi,*
*Ni tua vel soceri nunquam non prouida virtus,*
*Auſtralem Arctois penſaſſet frugibus annum?*
*Inuectæ Rhodani Tiberina per oſtia claſſes,*
*Cyniphiiſque ferax Araris ſucceſſit ariſtis.*
*Teutonicus vomer, Pyrenæiq́ue iuuenci*
*Sudauere mihi, ſegetes mirantur Iberas*
*Horrea: nec Libyæ ſenſerunt damna rebellis.*
*Iam Tranſalpina contenti meſſe Quirites.*
*Ille quidem meritas ſoluit, ſcit Tabraca, pœnas,*
*Vt pe-*

Ayuntamiento de Madrid

*Vt pereat quicumque tuis conflixerit armis.*
*Ecce recens iiſdem clades à partibus exit,*
*Terroriſque minus, ſed plus habitura pudoris:*
*Entropius Conſul. pridem tolerare fatemur*
*Hoc genus, Arſacio poſtquam ſe regia faſtu*
*Suſtulit, & noſtros corrupit Parthia mores.*
*Præfecti ſed adhuc gemmis, veſtiſque dabantur*
*Cuſtodes, ſacroque adhibere ſilentia ſomno.*
*Militia eunuchi numquam progreſſa cubile,*
*Non vita ſpondente fidem, ſed inertia* [a] *tantum* a. tuti B.
*Mentis pignus erat. ſecreta monilia ſeruent;*
*Ornatus curent Tyrios: à fronte recedant*
*Imperij. tenero tractari pectore neſcit*
*Publica maieſtas. numquam vel in æquore puppim*
*Vidimus eunuchi clauo parere magiſtri.*
*Nos adeò ſperni faciles? orbiſque carina*
*Vilior? Aurora certè eſt, quæ talia ferre*
*Gaudet, & aſſuetas ſceptris muliebribus vrbes,*
*Poſſideant. quid belliferam communibus vrunt*
*Italiam maculis, nocituraque probra ſeueris* b. nocturnaque B.
*Admiſcent populis? peregrina piacula forti*
*Pellantur longè Latio, ne tranſeat Alpes*
*Dedecus: in ſolis, quibus extitit, hæreat aruis.*
*Scribat Halys, ſcribat* [c] *famæ contemtor Orontes* c. formæ B.
*Per te, perque tuos obteſtor Roma triumphos,*
*Neſciat hoc Tybris, numquam poſcentibus olim,*
*Qui dare Dentatis annos, Fabiiſque ſolebat.*
*Martius eunuchi repetet ſuffragia campus?*
*Aemilios inter, ſeruatoreſque Camillos*
*Eutropius? iam Chryſogonis tua Brute poteſtas,*
*Narciſſiſque datur. natis hoc dedere pœnæ*
*Profuit, & miſero ciuem præponere patri?*

*Hoc mihi Ianiculo poſitis Etruria caſtris*
*Quæſiit, & tantum fluuio Porſenna remotus?*
*Hoc meruit vel ponte Cocles, vel Mucius igne?*
*Viſceribus fruſtra caſtrum Lucretia ferrum*
*Merſit, & attonitum tranauit Clælia Thybrim?*
*Eutropio faſces adſeruabantur ademti*
*Tarquiniis? quemcumque meæ vexere curules*
*Laxato veniat ſocij ſpectator Auerno.*
*Impenſi ſacris Decij prorumpite buſtis,*
*Torquatique truces, animoſaque pauperis vmbra*
*Fabricij, tuque ô ſi fortè inferna piorum*
*Iugera, & Elyſias ſcindis Serrane nouales.*
*Pœno Scipiade, Pœno præclare Lutati.*
*Sicania Marcelle ferox, gens Claudia ſurgat.*
a. ſeries, P. C. I. *Et Curij* [a] *veteres, & qui ſub iure negaſti*
*Viuere Cæſareo paruo procede ſepulcro*
*Eutropium paſſure Cato. remeate tenebris*
*Agmina Brutorum, Coruinorumque cateruæ.*
*Eunuchi veſtros habitus inſignia ſumunt*
b. verēdas B. *Ambigui Romana mares. rapuere* [b] *tremendas*
*Hannibali, Pyrrhoque togas, flabella peroſi*
*Adſpirant trabeis: iam non vmbracula geſtant*
*Virginibus, Latias auſi vibrare ſecures.*
*Linquite femineas infelix turba latebras,*
*Alter quos pepulit ſexus, nec ſuſcipit alter*
*Execti Veneris ſtimulos, & vulnere caſti.*
*Miſta duplex ætas: inter puerumque, ſenemque*
*Nil medium. falſi complete ſedilia patres.*
*Ite noui proceres, infecundoque ſenatu*
*Eutropium ſtipate ducem: celebrate tribunal*
*Pro thalamis: verſo iam diſcite more curules,*
*Non matrum pilenta ſequi, ne priſca reuolnam,*



Ayuntamiento de Madrid

*Nec numerem quantis iniuria mille per annos*
*Sit retro ducibus. quanti fœdabitur æui*
*Canities? vnam ſubeant quot ſecula culpam?*
*Inter Ariſtæi faſtus, & nomen herile*
*Seruus erit, dominoque ſuos æqualis honores*
*Inſeret. heu, ſemper Ptolemæi noxia mundo*
*Mancipia. en alio lædor grauiore Photino,*
*Et patior maius Phario ſcelus. ille cruorem*
*Conſulis vnius Pellæis enſibus hauſit:*
*Inquinat hic omnes. ſi nil priuata mouebunt,*
*At tu principibus, noſtræ tu proſpice cauſſæ,*
*Regaleſq;* [a] *aduerte notas.* [b] *hunc accipit vnum*
*Aula magiſtratum. vobis, patribusque recurrit*
*Hic alternus honos. in crimen euntibus annis*
*Parce quater Conſul: contagia faſcibus oro*
*Defendas ignaua tuis, neu tradita libris (ambit*
[c] *Omnia, veſtitusque meos, quibus omne, quod*
*Oceanus, domui, tanta caligine mergi,*
*Calcarique ſinas. nam quæ iam bella* [d] *feramus*
*Mollibus auſpiciis? aut quæ connubia prolem,*
*Aut frugem* [e] *laturus ager? quid fertile terris?*
*Quid* [f] *plenum ſterili poſſit ſub Conſule naſci?*
*Eunuchi ſi iura dabunt, legeſque tenebunt:*
*Ducant penſa viri, mutatoque ordine rerum*
*Viuat Amazonio confuſa licentia ritu.*
*Quid trahor vlterius? Stilico quid vincere differt*
*Dum certare pudet? neſcis quòd turpior hoſtis*
*Lætitia maiore* [g] *cadit? piratica Magnum*
*Erigit: illuſtrat ſeruilis laurea Craſſum.*
[h] *Annuis. agnoſco fremitum, quo palluit Eurus,*
*Quo Mauri, Gildoque ruit. quid Martia ſigna*
*Sollicitas? non eſt iaculis, haſtiſue petendus:*

a. auerte C.
b. adſpicit. P.I.
c. Omina. P.C.I.
d. geramus P. ſequantur C. geremus I.
e. latura ſeges? B
f. pulcrũ I
g. cadet? P.C.
h. At vix agnoſcit B.



Ayuntamiento de Madrid

*Conſcia ſuccumbent audito verbere terga.*
*Vt Scytha poſt multos rediens exercitus annos,*
*Cùm ſibi ſeruilis pro finibus obuia pubes*
*Iret, & arceret dominos tellure reuerſos,*
*Armatam oſtenſis aciem fudere flagellis.*
*Notus ab inceptis ignobile reppulit horror*
a. addictus C. I. *Vulgus,* [a] *& addictus ſub verbere torpuit enſis.*

# CL. CLAVDIANI LIBRI II. IN EVTROPIVM

## PROLOGVS.

*Qui modò ſublimes rerum flectebat habenas*
*Patricius, rurſus verbera nota timet,*
*Et ſolitos tardæ paſſurus compedis orbes,*
*In dominos vanas luget abiſſe minas.*
*Culmine deiectum vitæ fortuna priori*
*Reddidit, inſano iam ſatiata ioco.*
*Scindere nunc alia meditatur ligna ſecuri,*
b. ipſe P. C. I. *Faſcibus & tandem vapulat* [b] *ille ſuis.*
*Illicitas Conſul pœnas, ſe Conſule ſoluit:*
*Annus qui trabeas, hic dedit exſilium.*
*Infauſtum populis in ſe quoque vertitur omen.*
*Sæuit in auctorem prodigioſus honor.*
*Ablato penitus reſpirant nomine faſti,*
c. intra P. C. *Maturamque luem ſanior* [c] *aula vomit.*
*Diſſimulant ſocij, coniuratique recedunt:*
*Procumbit pariter cum duce tota cohors.*
*Non acie victi, nec ſeditione coacti,*
*Ne pereant ritu, quo periere viri.*
*Concidit exiguæ dementia vulnere chartæ:*
*Confecit ſæuum littera Martis opus.*

*Mollis*

*Mollis feminea detruditur arte tyrannus,*
*Et thalamo pulſus perdidit imperium.*
*Sic iuuenis nutante fide, veteriq́ue reducta*
*Pellice deſletam linquit amica domum.*
*Canitiem raram largo de puluere turpat,*
*Et lacrymis rugas implet anile gemens.*
*Suppliciterq́ue pias humilis proſtratus ad aras,*
*Mitigat iratas voce tremente nurus.*
*Innumeri glomerantur heri, ſibi quiſque petentes*
*Mancipium ſolis vtile ſupplicijs.*
*Quamuis fœdus enim, mentemq́ue obſcenior ore,*
*Ira dabat pretium, pœna meretur emi.*
*Quas ſpado nunc terras, aut quẽ tranſibis in axem?*
*Cingeris hinc odijs, inde receſſit amor.*
*Vtraque te gemino ſub ſidere regia damnat.*
*Heſperius numquam, iam nec Eous eris.*
*Miror cur alijs qui pandere fata ſolebas,*
*Ad propriam cladem cæca Sibylla taces?*
*Iam tibi nulla videt fallax inſomnia Nilus:*
*Peruigilant vates, nec miſerande tui.*
*Quid, ſoror audebit tecum conſcendere puppem,*
*Et veniet longum per mare fida comes?*
*An fortaſſe toros eunuchi pauperis odit,*
*Et te nunc inopem diues amare negat?*
*Eunuchi iugulum primus ſecuiſſe fateris:*
[c] *Sed tamen exemplo non feriere tuo.* c. Et P.
*Viue pudor fatis: en quem tremuere tot vrbes:*
[d] *En cuius populi ſuſtinuere iugum.* d. Cuius tot B.
*Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?*
*Non aliter poteras principis eſſe pater.*
*Improbe quid pulſas muliebribus aſtra querelis?*
[e] *Quid tibi ſub Cypri litore parta quies?* e. Quod tibi C. I.



Ayuntamiento de Madrid

*Omnia Barbarico per te concuſſa tumultu.*
*Crede mihi, terris tutius æquor erit.*
*Iam non Armenios iaculis terrebis, & arcu:*
*Per campos volucrem non agitabis equum.*
*Dilecto caruit Byzantius ore ſenatus:*
*Curia conſiliis æſtuat orba tuis.*
*Emeritam ſuſpende togam, ſuſpende pharetram:*
*Ad Veneris partes, ingeniumque redi.*
*Non bene Gradiuo lenonia dextera ſeruit:*
*Suſcipiet famulum te Cytherea libens.*
*Inſula læta choris, blandorum mater amorum:*
*Nulla pudicitiæ cura placere poteſt.*
a. ſede B. *Proſpectant Paphiæ celſa de*[a] *rupe puellæ,*
*Sollicitæ, ſaluam dum ferat vnda ratem.*
*Sed vereor teneant ne te Tritones in alto,*
*Laſciuas doctum fallere Nereidas:*
*Aut idem cupiant pelago te mergere venti,*
*Gildonis nuper qui tenuere fugam.*
*Inclyta captiuo memoratur Tabraca Mauro:*
*Naufragio Cyprus ſit memoranda tuo.*
*Vecturum moriens fruſtra delphina vocabis:*
*Ad terram ſolos deuehit ille viros.*
b. eunuchi P.C.I. *Quiſquis adhuc ſimiles*[b] *eunuchus tendit ad actus,*
*Reſpiciens Cyprum deſinat eſſe ferox.*

CL.

Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI IN EVTROPIVM LIBER II.

MYgdonij cineres, et ſi quid reſtat Eoi,
Quod pereat regni, certè non augure falſo
Prodigij patuere minæ, fruſtraque peracto
Vulnere, monſtriferi præſagia diſcitis anni.
Cautior ante tamen violentum nauita Corum
Proſpicit, & tumidæ ſubducit vela procellæ.
Quid iuuat errores merſa iam puppe fateri?
Quid lacrymæ delicta leuant? ſtant omina veſtri
Conſulis: immotis hæſere piacula fatis.
Tunc decuit ſentire nefas, tunc ire recentes
Deterſum maculas. veteri poſt obruta morbo
Corpora, Pæonias nequidquam admoueris [a] herbas. a. artes B.
Vlcera poſſeſſis altè ſuffuſa medullis,
Non leuiore manu, ferro ſanantur, & igni,
Ne noceat fruſtra mox eruptura cicatrix.
Ad viuum penetrant flamæ, [b] quò funditus humor b. queis P. C. I.
Defluat, & vacuis corrupto ſanguine venis
Areſcat fons ille mali: truncantur & artus,
Vt liceat reliquis ſecurum viuere membris.
At vos egregiè purgatam creditis aulam,
Eutropium ſi Cyprus habet, vindictaque mundi
Semiuir exſul erit. quis vos luſtrare valebit
Oceanus? tantum facinus quæ diluet ætas?
Induerat necdum trabeas, mugitus ab axe
Redditus inferno, rabies arcana cauernas
Vibrat, & alterno confligunt culmina lapſu.



Ayuntamiento de Madrid

*Bacchatus per operta tremor, Chalcedona mouit*
*Pronus, & in geminas mutauit Boſporus vrbes.*
*Concurrêre freti fauces, radice reuulſa*
*Vitant inſtabilem rurſus Symplegada nautæ:*
*Scilicet hæc Stygiæ præmittunt ſigna ſorores,*
*Et ſibi iam tradi populos hoc Conſule gaudent.*
*Mox oritur diuerſa lues: hunc Mulciber ignes*
*Sparſerat: hinc victo proruperat obijce Nereus,*
*Hinc flagrant, hinc tecta natant. quam numina pœnam*
*Seruatis ſceleri, cuius tot cladibus omen*
c. Obſtitit? B. [c] *Conſtitit? incumbas vtinam Neptune tridenti,*
*Pollutumque ſolum toto cum crimine mergas.*
*Vnam pro mundo Furiis concedimus vrbem.*
*Vtque ſemel patuit monſtris iter, omnia tempus*
*Nacta ſuum properant naſci: tum decolor imber,*
*Infantumque noui vultus, & diſſona partu*
*Semina: tum lapidum fletus, armentaque vulgò*
*Auſa loqui, mediiſque feræ ſe credere muris:*
*Tum vates ſine more rapi, lymphataque paſſim*
d. terrifici P.C.I. *Pectora* [d] *fatidici ſtimulis igneſcere Phœbi.*
*Fac nullos ceciniſſe Deos. adeóne retuſi*
*Quiſquam cordis erit, dubitet, qui partibus illis*
*Affore fatalem caſtrati Conſulis annum?*
*Sed quam cæcus ineſt vitiis amor! omne futurum*
*Deſpicitur, ſuadentque breuem præſentia fructum,*
*Et ruit in vetitum damni ſecura libido,*
e. lucro eſt, I. *Dum mora ſupplicij* [e] *lucro, ſerumque, quod inſtat,*
*Creditur. haud equidem contra tot ſigna Camillo*
*Detulerim faſces, ne dum, prô, ſexus inerti*
*Mancipio, cui cuncta licet reſponſa iuberent,*
*Hortanteſque licet ſponderent proſpera Diui,*
*Turpe fuit ceſſiſſe viros. exquirite retro*

*Crimina,*

Crimina, continui lectis annalibus æui:
Priſca recenſitis euoluite ſecula faſtis.
Quid ſenis infandi Capreæ, quid [c] ſcena Neronis c. cena B.
Tale [f] ferunt? ſpado Romuleo ſuccinctus amictu f. refert? I.
Sedit in auguſtis Laribus: vulgata patebat
Aula ſalutantum ſtudiis. huc plebe ſenatus
Permiſta, trepidíque duces, omniſque poteſtas
Confluit. aduolui genibus, contingere dextram
Ambitus, & votum deformibus oſcula rugis
Figere. præſidium [g] legum, genitorque vocatur g. legis, I.
Principis, & famulum dignatur regia patrem.
Poſteritas admitte fidem, monumenta petuntur
Dedecoris, multiſque gemunt incudibus æra
Formatura nefas. hæc iudicis, illa togati,
Heic nitet armati ſpecies: numeroſus vbique
Fulget eques: præfert eunuchi Curia vultus.
Ac veluti caueant, ne quo conſiſtere virtus
Poſſit pura loco, cunctas hæc ora laborant
Inceſtare vias. maneant immota precamur,
Certaque perpetui ſint argumenta pudoris.
Subter adulantes tituli, nimiæque leguntur
Vel maribus laudes: claro quòd nobilis ortu
Conuiuant domini: quòd maxima prælia ſolus
Impleat, & pariter miles: quòd [h] tertius vrbis h. conditor.
[i] Conditor. hoc Byzas, Conſtantinuſque videbunt? i. Tertius.
Inter quæ tumidus leno producere cenas
In lucem, fœtere mero, diſpergere [k] plauſum k. plauſtrū P.
Empturas in vulgus opes, totoſque theatris
Indulgere dies, alieni prodigus auri.
At ſoror, &, ſi quid portentis creditur, vxor
Mulcebat matres epulis, & more pudicæ
Coniugis eunuchi celebrabat vota mariti.

Hanc

*Hanc amat, hanc ſumma de re, vel pace, vel armis*
*Conſulit: huic curas, & clauſa palatia mandat,*
*Ceu ſtabulum, vacuamque domum: ſic magna tueri*
*Regna nihil, patienſque iugi deluditur orbis.*
*Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem*
*Senſerat, & primi laxabant germina flores.*
*Iamque iter in gremio pacis ſollenne parabant*
*Ad muros Amphyſa tuos, auctore repertum*
*Eutropio, pelagi ne tædia longa ſubirent,*
a. æſtas: P. I. *Sed vaga laſciuis flueret diſcurſibus* [a] *ætas:*
*Vnde tamen tanta ſublimes laude redibant,*
*Ceu vinctos traherent Medos, Indumq; bibiſſent.*
*Ecce autem flauis Gradiuus ab vſque Gelonis*
*Arua cruentato repetebat Thracia curru.*
*Subſidunt Pangæa rotis, alteque ſonoro*
*Stridunt axe niues, vt vertice conſtitit Aemi,*
*Femineaſque togas preſſis conſpexit habenis.*
*Subriſit crudele pater, triſtiſque micantem*
*Quaſſauit galeam. tunc implacabile numen*
*Bellonam alloquitur, quæ ſanguine ſordida veſtem*
*Illyricis pingues pectebat cladibus hydros.*
*Nec dum mollitiæ, nec dum germana mederi*
*Poſſumus Eoæ: numquam corrupta rigeſcent*
*Secula: Cappadocum tepidis Argeus aceruis*
*Aeſtuat: infelix etiam nunc pallet Orontes.*
*Dum pereunt, meminere mali: ſi corda parumper*
*Reſpirare ſinas, nullo tot funera ſenſu*
*Præterewnt, tantique leuis iactura cruoris.*
*Aſpicis obſcenum facinus? quid crinibus ora*
b. en, P. C. I. *Protegis?* [b] *heu, quales ſeſe diffundit in actus*
*Parua quies! quantum nocuerunt otia ferri!*
*Qui caruit bellis, eunucho traditur annus.*

*Actum*

Ayuntamiento de Madrid

Actum de trabeis eſſet, ſi partibus vna
Mens foret Heſperiis rueret deriſa vetuſtas,
Nulláque calcati ſtarent veſtigia iuris,
Ni memor imperij Stilico, morúmque priorum
Turpe relegaſſet defenſo à Thybride nomen,
Intactámque nouo ſeruaſſet crimine Romam.
Ille dedit portum, quo ſe pulſata referret
Maieſtas Latij, deformatæq; ſecures.
Ille dedit faſtos, ad quos Oriente relicto
Confugeret ſparſum maculis ſeruilibus æuum.
Quam ſimiles hæc aula viros! ad mœnia viſus
Dirige. Non ſaltem tacita formidine muſſant:
Non damnant animo. plaudentem cerne Senatum,
Et Byzantinos proceres, Graióſque Quirites.
O patribus plebes, ô digni Conſule patres.
Quid, quod & armati ceſſant, & nulla[a] virilis a. virilē I.
Inter tot gladios ſexum reminiſcitur ira?
Huccine noſtrorum cinctus abiere nepotum?
Sic Bruti deſpectus honos? ignoſce parenti
Romule, quòd ſerus temeratis faſcibus vltor
Aduenio: iam iam largis hæc gaudia faxo
Compenſent lacrymis. quid dudum inflare moraris
Tartaream Bellonæ tubam? quid ſtringere falcem,
Qua populos à ſtirpe metis? molire tumultus,
Excute delicias: Thracum, Macedumq; ruinæ
Tædet, & in gentes iterum ſæuire ſepultas.
Damna minùs conſueta mouēt: trans æquora ſæuas
Verte faces: aliis exordia ſume rapinis.
Non tibi Rhipæis hoſtis quærendus ab oris:
Non per Caucaſias accito turbine valles
Eſt opus. Aſtrogothis colitur, miſtiſq; Gothunnis
Phryx ager: hos paruæ poterunt impellere cauſſæ

In ſcelus

Ayuntamiento de Madrid

In ſcelus, ad mores facilis natura reuerti.
Sic erat in noſtro quando iam milite robur
Torpuit, & molli didicit parere magiſtro.
Vindicet Arctous violatas aduena leges:
Barbara Romano ſuccurrant arma pudori.
Sic fatus, clypeo quantum vix ipſe Deorum
Arbiter infeſto, cùm percutit æthera, nimbo
Intonuit. reſponſat Athos, Aemuſque remugit,
Ingeminat Rhodope, raucum concuſſa fragorem,
c. extulit I. C. Cornua cana gelu mirantibus [c] excutit vndis
Hebrus, & exſanguem glacie timor alligat Iſtrum.
Tunc adamãte grauem, nodiſq; rigentibus haſtam,
Telum ingens, nullique Deo iaculabile torſit.
Fit latè ruptis via nubibus: illa per auras
Tot freta, tot montes, vno contenta volatu
d. aruis B. Tranſilit, & Phrygiæ mediis affigitur [d] oris.
Senſit humus, gemuit Nyſæo palmite felix
Hermus, & aurata Pactolus inhorruit vnda,
Totaque ſubmiſſis fleuerunt Dindyma ſiluis.
Nec Dea præmiſſæ ſtridorem ſegniùs haſtæ
Conſequitur, centumque vias meditata nocendi,
Tandem Targibilum, Geticæ dux improbus aulæ
e. tunc C. Hic erat, aggreditur: viſo [e] tum ſorte redibat
Eutropio vacuus donis, feritaſque dolore
Creuerat, &, teneris etiam quæ crimina ſuadet
Ingeniis, Scythicum pectus flammabat egeſtas:
Huic ſeſe vultu ſimulatæ coniugis offert,
Mentitoque ferox incedit Barbara greſſu,
f. inducta P. I. Carbaſeos [f] induta ſinus: poſt terga reductas,
Vberibus propior mordebat fibula veſtes:
Inque orbem tereti mitra redeunte capillum
Strinxerat, & virides flaueſcere iuſſerat angues.
Aduolat,

Ayuntamiento de Madrid

*Aduolat, & niueis reducem complectitur vlnis,*
*Infunditque animo furiale per oſcula virus.*
*Principe quàm largo veniat, quas inde reportet*
*Diuitias, aſtu rabiem motura requirit.*
*Ille iter ingratum, vanos deflere labores,*
*Quos ſuper eunuchi faſtus,* [g] *quæ probra tuliſſet.* g. quem Roma B.
*Continuò ſecat vngue genas, & tempore pandit*
*Arrepto gemitus. i nunc, deuotus aratris*
*Scinde ſolum, poſitoque tuos mucrone ſodales*
*Ad raſtros ſudare doce: bene rura Gothunnus*
*Excolet, & certo diſponet ſidere vites.*
*Felices aliæ, quas debellata maritis*
*Oppida, quas magnis quæſitæ viribus ornant*
*Exuuiæ: quibus Argiuæ, pulchræque miniſtrant*
*Theſſalides, famulas & quæ meruere Lacænas.*
*Me nimium timido, nimium iunxere remiſſo*
*Fata viro, totum qui degener exuit Iſtrum,*
*Qui refugit patriæ ritus, quem detinet æqui*
*Gloria, conceſſoque cupit vixiſſe colonus,*
*Quàm dominus rapto. quid pulcra vocabula pigris*
[h] *Pertentas vitiis? probitatis inertia nomen,* h. Prętextas P.C.I.
*Iuſtitiæ formido ſubit. tolerabis iniquam*
*Pauperiem, cùm tela geras? & flebis inultus,*
*Cùm pateant tantæ nullis cuſtodibus vrbes?*
*Quippe metus pœnæ. pridem mos ille vigebat,*
*Vt meritos colerent, impacatiſque rebelles*
*Vrgerent odiis. at nunc, qui fœdera rumpit,*
*Ditatur: qui ſeruat, eget. vaſtator Achiuæ*
*Gentis, & Epirum nuper populatus inultam,*
[i] *Poſſidet Illyricos: iam, quos obſedit, amicus* i. Præſidet Illyricis C.
*Ingreditur muros, illis reſponſa daturus,*
*Quorum coniugibus potitur, natoſque peremit.*

*Sic ho-*

Ayuntamiento de Madrid

Sic hoſtes punire ſolent: hæc præmia ſoluunt
Excidii. cunctaris adhuc? numerumq́ue tuorum
Reſpicis, exiguamq́ue manum? tu rumpe quietem.
Bella dabunt ſocios. nec te tam prona monerem,
Si contra paterere viros. nunc alter in armis
Sexus, & eunuchis ſe defenſoribus orbis
Credidit: hos Aquilæ, Romanaq; ſigna ſequuntur.
Incipe Barbaricæ tandem te reddere vitæ.
Te quoque iam timeant, admirenturq́ue nocentem,
Quem ſpreuere pium. ſpoliis, prædaq́ue repletus,
Cum libeat Romanus eris. ſic fata, repente
In diram ſe vertit auem, roſtroq́ue recuruo
a. infernis l. Turpis, & [a] infernas tenebris obſcurior alas
Auſpicium veteri ſedit ferale ſepulcro.
Ille pauor poſtquam reſoluto corde quieuit,
Et rigidæ ſedere comæ: non diſtulit atrox
Iuſſa Deæ, ſociis, quæ viderit, ordine pandit,
Inuitatq́ue ſequi. coniurat Barbara pubes
Nacta ducem, Latiiſq́ue palàm deſciuit ab armis.
Pars Phrygiæ, Scyticis quæcunque Trionibus alget,
Proxima Bithynos: Solem quæ condit, Ionas:
Quæ læua attingit Galatas: vtrimque propinqui
Finibus obliquis Lydi, Piſidæq́ue feroces
Continuant Auſtrale latus: gens vna fuere
Tot quondam populi, priſcum cognomen, & vnum,
Appellata Phryges. ſed quid non longa valebit
Permutare dies? dicti poſt Mæona regem
Mæones: Aegæos inſedit Græcia portus.
Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.
Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Illis antè vagus tandem regionibus hæſit,
b. iā Graio P.C.L. Geſaq́ue depoſuit, [b] Graio iam mitis amictu

Pro

Pro Rheno poturus Halym. dat cuncta vetuſtas
Principium Phrygibus, nec rex Aegyptius vltra
Reſtitit, humani poſtquam puer vberis expers
In Phrygiam primùm laxauit murmura vocem.
Heic[a] cecidit Libycis iactata paludibus olim a. cecinit B.
Tibia, fœdatam cùm reddidit vmbra Mineruam.
Heic & Apollinea victus teſtudine paſtor
Suſpenſa memores illuſtrat pelle Celænas.
Quatuor heic magnis procedunt fontibus amnes
Auriferi: nec miror aquas radiare metallo,
Quæ toties lauere Midam. diuerſus ad Auſtrum
Curſus, & Arctoũ fluuiis mare. Dindyma fundũt
Sangarium, vitrei puro qui gurgite Galli
Auctus, Amazonij defertur ad oſtia Ponti.
Icarium pelagus, Mycaleaque litora iuncti
Marſya, Mæanderque petunt: ſed Marſya velox
Dum ſuus eſt, flexuq; carens, iam flumine miſtus
Mollitur Mæandre tuo: contraria paſſus,
Quàm Rhodano ſtimulatus Arar: quos inter apri-
Planities Cereriq; fauet, denſisque ligatur (ca
Vitibus, & glaucos fructus attollit oliuæ:
Diues equis, felix pecorum, pretioſaq; picto
Marmore, purpureis cedit cui Synnada venis.
Talem tum Phrygiam Getis populantibus vri b. promiſere B.
[b] Permiſere Dei. ſecuras Barbarus vrbes
Irrupit, facilesq; capi. ſpes nulla ſalutis;
Nulla fugæ: putribus iam propugnacula ſaxis
Longo corruerant æuo, pacisque ſenecta.
Intereà gelidæ ſecretus[c] partibus Idæ c. rupibus B.
Dum ſedet, & thyaſos ſpectat de more Cybelle,
Curetumq; alacres ad tympana ſuſcitat enſes:
Aurea ſanctarum decus immortale comarum



Ayuntamiento de Madrid

Deſluxit capiti turris, ſummoque volutus
Vertice crinalis violatur puluere murus.
Obſtupuere truces omen Corybantes, & imo
Fixa metu tacitas preſſerunt Orgia buxos.
Indoluit genitrix, tunc ſic irata profatur.
Hoc mihi iampridem Lacheſis longæua canebat
Augurium: Phrygiæ caſus veniſſe ſupremos
Delapſus teſtatur apex. heu, ſanguine qualis
Ibit Sangarius, quantaſque cadauera lenti
Mæandri paſſura moras? immobilis hæret
Terminus. hæc dudum nato placuere Tonanti.
Paret finitimis luctus, fruſtráque Lyæi
Non defenſuros implorat Lydia thyrſos.
Iámque vale Phrygiæ tellus, periturá que flammis
Mœnia, conſpicuas quæ nunc attollitis arces,
Mox campi, nudúmque ſolum. dilecta valete
a. iſtis B. Flumina: [a] non veſtris vltra bacchabor in antris:
Non iuga ſulcabit noſter Berecyntia currus.
Dixit, & ad triſtes conuertit tympana planctus.
Labentem patriam ſacris vlulatibus Atys
Perſonat, & lacrymis torui maduere leones.
Eutropius, nequeat quamuis metuenda taceri
Clades, & trepidus vulgauerit omnia rumor,
Ignorare tamen fingit, regníque ruinas
Diſſimulat, paruamq́ue latronum errare cateruam
Ad fontes: tormenta magis, quàm tela parari:
b. vindice P.C. Nec duce frangendas iactat, ſed [b] indice vires.
Vaſta velut Libyæ venantum [c] vocibus ales,
c. vallibus B. Cùm premitur calidas curſu tranſmittit arenas,
Inq́; modum veli ſinuatis flamine pennis
Puluerulenta volat. ſi iam veſtigia retro
Clara ſonent: oblita fugæ, ſtat lumine clauſo

Ridendum

Ridendum reuoluta caput, creditq́ue latere,
[c] Quæ non ipſa videt. furtim tamen ardua mittit c. Quem P.C.
Cum donis promiſſa nouis, ſi forte rogatus
Deſinat: ille ſemel nota dulcedine prædæ
Se famulo ſeruire negat: nec grata timentum
Munera, militiam nullam, nec prima ſuperbus
Cingula dignari. nam quis non Conſule tali
Vilis honos? poſtquam precibus miteſcere nullis,
Non auro ceſſiſſe videt, creberq́ue recurrit
Nuntius incaſſum, nec ſpes iam fœderis exſtat:
Tandem conſilium belli confeſſus agendi,
Ad ſua tecta vocat iuuenes. venere proterui,
Laſciuiq́ue ſenes: quibus eſt inſignis edendi
Gloria, corruptáſque dapes variaſſe decorum:
Qui [d] ventrem inuitant pretio, traduntq́ue palato d. Venere B.
Sidereas Iunonis aues, & ſi qua loquendi
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis,
Quæſitus trans regna cibus: quorúmque profũdam
Ingluuiem, non Aegeus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Mæotida piſcibus [e] explent. e. implẽt. P.I.
Veſtis odoratæ ſtudium, laus maxima, riſum
Per varios mouiſſe ſales, minimeq́ue viriles
Munditiæ, compti vultus, onerique vel ipſa
Serica ſin Hunnus feriat, ſin Sarmata portas,
Sollicitiſcenæ, Romam contemnere ſueti,
Mirariq́ue ſuas, quas Boſporus [f] obruit, ædes: f abluit
Saltandi dociles, aurigarúmque periti.
Pars humili de plebe duces: pars compede ſuras,
Cruráque ſignati nigro liuentia ferro
Iura regunt, facies quamuis inſcripta repugnet, g. ſubnix
Séque ſuo prodat titulo. ſed prima poteſtas P.C.I.
Eutropium præfert, Hoſio [g] ſubiecta [h] ſecundo. h. ſecũd I.



Ayuntamiento de Madrid

*Dulcior hic ſanè cunctis, prudensq́ue mouendi*
a. famo P. C.I. *Iuris, & admoto qui temperat omnia [a] naſo*
*Feruidus: accenſam ſed qui bene decoquat iram.*
*Conſidunt apices gemini ditionis Eoæ:*
b. vulnere B. *Hic coquus, hic leno, defoſſi [b] verbere terga,*
*Seruitio, non arte pares, hic ſæpius emptus:*
*Alter ad Hiſpanos nutritus verna Penates.*
*Ergo vbi collecti proceres, qui rebus in arctis*
*Conſulerent, tantisq́ue darent ſolatia morbis;*
*Obliti ſubitò Phrygiæ, bellisq́ue relictis*
*Ad ſolitos cœpere iocos, & iurgia Circi*
*Tendere, nequidquam magna confligitur ira,*
'*Quis meliùs vibrata puer vertigine molli*
'*Membra rotet: verrat quis marmora crine ſupino:*
c. procerũ B. *Quis magis enodes [c] laterum detorqueat artus:*
*Quis voci digitos, oculos quis moribus aptet.*
*Hi tragicos meminere modos: his fabula Tereus,*
d. choro P.C.I. *His nec dum commiſſa [d] toro cantatur Agaue.*
*Increpat Eutropius, non hæc ſpectacula tempus*
e. annorũ B. *Poſcere: nunc alias [e] armorum incumbere curas.*
*Se ſatis Armenio feſſum pro limite cingi,*
*Nec tantis vnum ſubſiſtere poſſe periclis.*
*Ignoſcant ſenio: iuuenes ad prælia mittant.*
*Qualis pauperibus nutrix inuiſa puellis*
*Aſſidet, & tela communem quærere victum*
*Rauca monet: feſtis illæ luſiſſe diebus*
*Orant, & poſitis æquæuas viſere penſis,*
f. Intẽtęq́. B. *[f] Iratæq́ue operi, iam laſſo pollice fila*
*Turbant, & teneros detergunt ſtamine fletus.*
*Emicat extemplò cunctis trepidantibus audax*
*Craſſa mole Leo, quem vix Cyclopea ſolùm*
*Aequatura fames, quem non ieiuna Celæno*
*Vince-*

Ayuntamiento de Madrid

*Vinceret: hinc nomen fertur meruiſſe Leonis.*
*Acer in abſentes, lingua iactator, abundans*
*Corporis, exiguuſque animi, doctiſſimus artis*
*Quondam lanificæ, moderator pectinis vnci.*
*Non alius lanam purgatis ſordibus æquè*
*Præbuerit calathis: ſimilis nec pinguia quiſquam*
*Vellera per tenues ferri producere rimas.*
*Tunc Aiax erat Eutropij, latéque fremebat,*
*Non ſeptem vaſto quatiens vmbone iuuencos,*
*Sed quam perpetuis dapibus, pigroque ſedili,*
*Inter anus, intérque colos onerauerat aluum.*
[a] *Aſſurgit tandem, vocémque expromit anhelam.* a. Exſurgit. C. I
*Quis nouus hic torpor ſocij? quonā vſque ſedemus*
*Femineis clauſi thalamis, patimurque periclū*
*Gliſcere deſidia? grauiorum turba malorum*
*Texitur, ignauis trahimus dum tempora votis.*
*Me petit hic ſudor: numquam mea dextera ſegnis*
*Ad ferrum: faueat tantùm Tritonia cœptis,*
*Inceptum peragetur opus. iam cuncta furore*
*Qui grauat, efficiam leuiorem pondere lanæ*
[b] *Targibilum tumidum, deſertoreſque Gothunnos* b. Tarbigilum P. C.
*Vt miſeras populabor oues, & pace relata*
*Priſtina reſtituam Phrygias ad ſtamina matres.*
*His dictis iterùm ſedit. fit plauſus, & ingens*
*Conſilij clamor. qualis reſonantibus olim*
*Exoritur caueis, quoties crinitus ephebus,*
*Aut rigidam Nioben, aut flentem Troada fingit.*
*Protinus excitis iter irremeabile ſignis*
*Arripit, [c] infeſtoque iubet bubone moueri* c. infauſto C. I.
*Agmina, Mygdonias mox impletura volucres.*
*Pulcer, & vrbanæ cupiens exercitus vmbræ,*
*Aſſiduus ludis, auidus ſplendere lauacris,*



Ayuntamiento de Madrid

Nec ſoles, imbres'ue pati, multúmque priori
Diſpar, ſub clypeo Thracum qui ferre pruinas
Dum Stilico regeret, nudóque hiemare ſub axe
Sueuerat, & duris haurire bipennibus Hebrum.
Cum duce mutatæ vires: Byzantia robur
g. amphy- Fregit luxuries, g Ancyraniq́ue triumphi.
raniq. C. Non peditem præcedit eques: non commoda caſtris
Eligitur regio: vicibus cuſtodia nullis
Aduigilat vallo: non explorantur eundæ
Vitandæ'que viæ: nullo ſe cornua flectunt
Ordine: confuſi paſſim per opaca vagantur
h. ignotas Luſtra, per h anguſtas ignoto tramite valles.
angusto Sic vacui rectoris equi, ſic orba magiſtro
P.C.I. Fertur in abruptum caſu, non ſidere puppis.
Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali
Bellua: ſulcandas cui præuius edocet vndas,
Immenſúmque pecus paruæ moderamine caudæ
i. fœdere Temperat, & tanto coniungit i fœdera monſtro.
monſtra Illa natat rationis inops, & cæca profundi
P.
k. defenſa Iam breuibus k deprenſa vadis, ignara reuerti
B. Palpitat, & vanos ſcopulis illidit hiatus.
Targibilus ſimulare fugam, flatúſque Leonis
Spe nutrire leuis, improuiſúſque repente,
Dum grauibus marcent epulis, hoſtique catenas
Inter vina crepant, largo ſopita Lyæo
l. tarda P. Caſtra ſubit. pereunt, alij dum l membra cubili
m. Mem- m Tarda leuant: alij letho iunxere ſoporem.
bra P. Aſt alios vicina palus ſine more ruentes
Excipit, & cumulis immanibus aggerat vndas.
Ipſe Leo dama, ceruóque fugacior ibat,
Sudanti tremebundus equo: qui pondere poſtquam
Decidit implicitus limo, cunctantia pronus

Per

*Per vada reptabat. cœno ſubnixa tenaci*
*Mergitur, & pingui ſuſpirat corpore moles,*
*More ſuis: dapibus quæ iam deuota futuris*
*Turpe gemit, quoties Hoſtus mucrone coruſco*
*Armatur, cingitque ſinus, ſecúmque volutat,*
*Quas figat verubus partes, quæ fruſtra calenti*
*Mandet aquæ, quantóque cutem* [n] *diſtẽdat echino.* n. diffundat P.
*Flagrat opus. crebro pulſatus perſtrepit ictu.*
*Contexit varius penetrans Chalcedona nidor.*
*Ecce leuis frondes à tergo concutit aura:*
*Credit tela Leo: valuit pro vulnere terror,*
*Impleuitque vicem iaculi, vitámque nocentem*
*Integer, & ſola formidine ſaucius efflat.*
*Quis tibi tractandos pro pectine degener enſes,*
*Quis ſolio campum præponere ſuaſit auito?*
*Quam bene texentum laudabas carmine tutus,*
*Et matutinis pellebas frigora menſis!*
*Heic miſerãde iaces: heic, dum tua vellera vitas,*
*Tandem fila tibi neuerunt vltima Parcæ.*
*Iam vaga pallentem denſis terroribus aulam*
*Fama quatit: ſtratas acies, deleta canebat*
*Agmina, Mæonios fœdari cædibus agros,*
*Pamphylios, Piſidaſque rapi. metuendus ab omni*
*Targibilus regione* [o] *ſonat: modó tendere curſum* o. tonat: P.I.
*In Galatas, modo Bithynis incumbere fertur.*
*Sunt qui per Cilicas rupto deſcendere Tauro,*
*Sunt qui correptis ratibus, terráque maríque*
*Aduentare ferant. geminantur verba pauoris*
*Ingenio. longè ſpectari puppibus vrbes*
*Accenſas, lucere fretum, ventóque citatas*
*Omnibus in pelago velis hærere fauillas.*
*Hos inter ſtrepitus funeſtior aduolat alter*

 *Nuntius,*

*Nuntius, armatam rurſus Babylona minari*
*Rege nouo: reſides Parthos ignaua peroſos*
*Otia, Romanæ finem iam quærere paci.*
*Rarus apud Medos Regum cruor, vnaque cunctò*
*Pœna manet generi; quamuis crudelibus æquè*
*Paretur dominis. ſed quid non audeat annus*
*Eutropij? ſocium nobis, fidumque ſodalem*
*Perculit, & Perſas in regia vulnera mouit,*
*Rupturasque fidem, letho pars ne qua vacaret,*
*Eumenidum tedas trans flumina Tigridis egit.*
*Tunc verò cecidere animi, tantisque procellis*
*Deficiunt, ſepti latrantibus vndique bellis*
*[a] Infenſos tandem Superos, & Conſulis omen*
*Agnouere ſui, nec iam reuocabile damnum*
*Euentu, ſtolido rerum didicere magiſtro.*
*Namque ferunt geminos vno de ſemine fratres*
*Iapetionidas, generis primordia noſtri*
*Diſſimili finxiſſe manu. quoſcumque Prometheus*
*Excoluit, [b] multúmque innexuit æthera limo,*
*Hi longè ventura notant, dubiiſque parati*
*Caſibus, occurrunt fabro meliore politi.*
*Deteriore luto prauus quos [c] edidit auctor,*
*Quem meritò Graii perhibent Epimethea vates,*
*Et nihil ætherij ſparſit per membra vigoris,*
*Hi pecudum ritu non impendentia vitant,*
*Nec res antè vident, accepta clade queruntur,*
*Et ſerò tranſacta gemunt. iam ſola renidet*
*In Stilicone ſalus, & cuius ſemper acerbum,*
*Ingratúmque ſibi factorum conſcius horror*
*Credidit aduentum: quem ſi procedere tantùm*
*Alpibus audiſſent, mortem, pœnasque tremebant.*
*Iam cuncti veniſſe volunt, ſcelerúmque priorum*
*Pænitet.*

a. infeſtos B.
b. multoq. C.I.
c. condidit C.

*Pænitet, [a] hoc tantis bellorum ſidus in vndis* a. huic B.
*Sperant, hoc pariter iuſti, ſonteſque precantur.*
*Ceu pueri, quibus alta pater trans æquora merces*
*Deuehit, intenti ludo, ſtudiiſque ſoluti,*
*Lætius amoto paſſim cuſtode vagantur.*
*Si grauis auxilio vacuas inuaſerit ædes*
*Vicinus, laribuſque ſuis proturbet inultos,*
*Tum demum patrem implorant, & nomen inani*
*Voce cient, fruſtraque oculos ad litora tendunt.*
*Omnes ſupplicio dignos, lethoque fatentur,*
*Qui ſe tradiderint [b] famulo, Stilicone relicto.* b. famulis P.C.I.
*Mutati ſtupuere diu, ſenſuque reducto*
*Paullatim proprij mirantur monſtra furoris,*
*Auertúntque oculos. proiectis faſcibus horret*
*Lictor, & infames labuntur ſponte ſecures.*
*Quales Aonio Thebas de monte reuerſæ*
*Mænades, infectis Pentheo ſanguine thyrſis,*
*Cùm patuit venatus atrox, matriíque rotatum*
*Conſpexere caput, greſſus caligine figunt,*
*Et rabiem [c] deſiſſe dolent. quin protinus ipſa* c. ceſſiſſe B.
*Tendit ad Italiam ſupplex Aurora potentem,*
*Non radiis redimita comam, [d] nec flamea vultum,* d. non I. frô émue corona, P.
*Nec croceum veſtita diem: ſtat liuida luctu:*
*Qualis erat, Phrygio tegeret cùm Memnona buſto,* non lumine ſueto B
*Quam ſimul [e] agnouit Stilico, nec cauſſa latebat,* e. ac nouit B.
*Reſtitit: illa manum victricem amplexa moratur,*
*Atque ita vix lacrymans inter ſuſpiria fatur.*
*Tantáne te noſtri cœperunt tædia mundi?*
*Sic me ludibrium famulis riſumque relinquis,*
*Dux quondam, rectorque meus, ſolámque tueris*
*Heſperiam? domiti nec te poſt bella tyranni*
*Cernere iam licuit? ſic te victoria nobis*

*Eripuit, Galliſque dedit? Ruſinus origo*
*Prima mali: geminas inter diſcordia partes*
*Hoc auctore fuit: ſed iam maiora mouenti*
*Occurrit iuſta rediens exercitus ira,*
g.fratriſq. B. *Fortis adhuc, g ferriq. memor. breuis inde reluxit,*
*Falſáque libertas. rurſum Stiliconis habenis*
*Sperabam me poſſe regi. prò cæca futuri*
*Gaudia! fraterno coniungi cœperat orbis*
*Imperio (quis enim tanto terrore recentis*
*Exempli, paribus ſeſe committeret auſis?)*
*Cùm ſubitò monſtroſa mihi, turpiſque relatu*
*Fabula, Ruſini caſtratus proſilit heres,*
*Et ſimiles iterum luctus fortuna reduxit,*
*Vt ſolum domini ſexum mutaſſe viderer.*
*Hic primùm thalami clauſtris delicta tegebat*
*Clàm, timidéque iubens. erat inuidioſa poteſtas,*
*Sed tamen eunuchi, necdum ſibi publica iura*
*Sumere, nec tantas audebat vertere leges.*
*Sed poſtquam pulſis'que bonis, & fæce retenta*
*Peiores legit ſocios, dignoſque ſodales,*
*Hinc Hoſius ſtetit, inde Leo, fiducia creuit,*
*Regnandíque palàm flagrauit aperta libido.*
*Patricius Conſul maculat, quos vendit, honores:*
h.gerit.C. I. *Plus maculat: quos ipſe h regit. iam ſigna, tubæq;*
*Molleſcunt: ipſos ignauia fluxit in enſes.*
*Exſultant meritò gentes, faciliſque volenti*
*Præda ſumus. iam Biſtoniis, Æmóque niuali*
*Vaſtior expulſis oriens ſqualebit aratris.*
*Hei mihi quas vrbes, & quanto tempore Martis*
*Ignaras vno rapuerunt prælia curſu.*
*Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe*
*Terruit Antiochi muros, ipſúmque decora*

Pano

Ayuntamiento de Madrid

Pæne caput Syriæ flamis hoſtilibus arſit.
Vi'que grauis ſpoliis, nullóque obſtante profunda
Lætus cæde redit: ſequitur mucrone [i] cruento — i. ſecundo P.C. Coruſco I.
Continuū vulnus: nec iam mihi Caucaſus hoſtes,
Nec mittit gelidus Phaſis: naſcuntur in ipſo
Bella ſinu. legio pridem Romana Gothunni,
Iura quibus victis dedimus, quibus arua, domóſque
Præbuimus, Lydos, Aſiæ'que vberrima vaſtant
Ignibus, & ſi quid tempeſtas prima reliquit.
Nec duce, nec numero freti, ſed inertia nutrit,
[k] Prodigiúmque ducum, quorum per crimina miles — k. Prodigióque P.
[l] Captiuus dat terga ſuis, quos teſte ſubegit — l. Captiuis P.C.I.
Danubio, partémque timet, qui reppulit omnes.
Aula choris, epuliſque vacat, nec perdita curant,
Dum ſupereſt aliquid. ne quid tamen orbe reciſo
Venditor amittat, prouincia quæque ſuperſtes
Diuiditur, geminúmque duplex paſſura tribunal
Cogitur alterius pretium ſarcire peremtæ.
Sic mihi reſtituunt populos: hac arte reperta
Rectorum numerum [m] terris pereuntibus augent. — m. miſeris C.
In te iam ſpes vna mihi: pro fronde Mineruæ
Has tibi protendo lacrymas: ſuccurre ruenti:
Eripe me tandem, ſeruilibus eripe regnis,
Néue adeò cunctos paucorum crimine damnes,
Nec noua [n] tot meritis offenſa prioribus obſtet. — n. iam P.C.
Iam iam flecte animum. ſuprema pericula ſemper
Dant veniam culpæ: quamuis iratus, & exſul
Pro patriæ flamis non diſtulit arma Camillus. Degno Valer. Max. Lib. 4 c. 1.
Non te ſubtrahimus Latio: defenſor vtrique
Sufficis. armorum liceat ſplendore tuorum
In commune frui, clypeus nos protegat idem,
Vnáque pro gemino deſudet cardine virtus.

FINIS.

# CL. CLAVDIANI IN LIBRVM DE BELLO GILDONICO, PRAEFATIO.

Pandite defenſum reduces Helicona ſorores:
a. permiſſis. P.C.I. Pandite, [a] permiſſu iam licet ire choris.
Nulla per Aonios hoſtilis buccina campos
Carmina mugitu deteriore vetat.
Tu quoque ſecuris pulſa formidine Delphis,
Floribus vltorem Delie cinge tuum.
Nullus Caſtalios latices, & præſcia fati
Flumina polluto Barbarus ore bibit.
Alpheus latè rubuit, Siculúmque per æquor
Sanguineas belli rettulit vnda notas.
Agnouitque nouos abſens Arethuſa triumphos,
Gildonis ſenſit teſte cruore necem.
Immenſis Stilico ſuccedant otia curis,
Et noſtræ patiens corda remitte lyræ,
Nec pudeat longos interrupiſſe labores,
Et tenuem Muſis conſtituiſſe moram.
Fertur & indomitus tandem poſt prælia Mauors
Laſſa per Othryſias fundere membra niues,
Oblitúſque ſui, poſita clementior haſta,
Pieriis aures pacificare modis.



Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI DE BELLO GILDONICO LIBER.

REdditus imperiis Auſter, ſubiectaque rurſus
Alterius conuexa poli rectore ſub vno:
Conſpirant gemini frenis communibus orbes.
Iunximus Europam Libyæ, concordia fratrum
Plena redit, patriis quod ſolùm defuit [a] armis. a. aruis B.
Tertius occubuit nati virtute tyrannus.
Horret adhuc animus, manifeſtaq. gaudia differt,
Dum ſtupet, & tanto cunctatur credere voto,
Nec dum Cyniphias exercitus attigit oras,
Iam domitus Gildo, nullis victoria nodis
Hæſit, non ſpatio terræ, non obice ponti
Congreſſum, profugũ, captum vox nuntiat vna,
Rumoremque ſui præuenit laurea belli.
Quo, precor, hæc effecta Deo? robuſta, vetúſque
Tempore tam paruo potuit dementia vinci?
Quem veniens induxit hiẽs, ver [b] perculit hoſtem. b. perdidit B.
Exitium iam Roma timens, & feſſa negatis
Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi,
Non ſolito vultu, nec qualis [c] iura Britannis c. rura B.
Diuidit, aut trepidos ſubmittit faſcibus Indos.
Vox tenuis, tardique gradus, oculique iacentes:
Interius fugere genæ, ieiuna lacertos
Exedit macies, humeris vix ſuſtinet ægris
Squalentem clypeum, [d] laxata caſſide prodit d. laſſata P.1.

Canitiem.

Ayuntamiento de Madrid

Canitiem, plenámque trahit rubiginis haſtam.
Attigit vt tandem cælum, genibúſque Tonantis
Procubuit, táléſque orditur mæſta querelas.
Si mea manſuris meruerunt mœnia naſci
Iupiter augurijs, ſi ſtant immota Sibyllæ
Carmina, Tarpeias ſi necdum deſpicis arces,
Aduenio ſupplex, non vt proculcet Oaxem
Conſul ouans, noſtræq. premant pharetrata ſecu-
Suſa, nec vt rubris Aquilas figamus arenis. (res
Hæc nobis, hæc antè dabas, nunc pabula tantùm
Roma precor. miſerere tuæ pater optime gentis:
Extremam defende famem: ſatiauimus iram,
Si qua fuit. lugenda Getis, & flenda Sueuis
Hauſimus: ipſa meos horreret Parthia caſus.
Quid referam morbíue luem, tumulóſue repletos
Stragibus, & crebras corrupto ſidere mortes?
An fluuiũ per tecta vagum, ſummíſq. minantem
Collibus? ingentes vexi ſubmerſa carinas,
Remorúmque ſonos, & Pyrrhæ ſecula ſenſi.
Hei mihi, quò Latiæ vires, vrbíſque poteſtas
Decidit? in qualem paullatim fluximus vmbram?
Armatis quondam populis, patrúmque vigebam
a. vrbeſq̃. C. ad trã. Conſilijs: domui terras, [a] hominéſque reuinxi
Legibus: ad ſolem victrix vtrumque cucurri.
Poſtquam iura ferox in ſe communia Cæſar
Tranſtulit: elapſi mores, deſuetáque priſcis
Artibus in gremium pacis ſeruile receſſi.
Tot mihi pro meritis Libyam, Nilúmque dedere,
Vt dominam plebem, bellatorémque ſenatum
Claſſibus æſtiuis alerent, geminóque viciſſim
Litore diuerſi complerent horrea venti.
Stabat certa ſalus: Memphis ſi fortè negaſſet,

Penſabam

Penſabam [a] Pharium Gætulis meſſibus annum. a. parilem B.
Frugiferas certare rates, latéque videbam
Punica Niliacis concurrere carbaſa velis.
Cùm ſubitò par Roma mihi, [b] diuiſáque ſumſit b. diuerſáque P.C.I.
Æquales Aurora togas, Ægyptia rura
In partem ceſſere nouam. ſpes vnica nobis
Reſtabat Libyæ, quæ vix, ægréque ſouebat
Solo ducta Noto, numquam ſecura futuri:
Semper inops, ventíque fidem poſcebat, & anni.
Hanc quoque nunc Gildo rapuit ſub fine cadentis
Autumni: pauido [c] metimur cærula voto, c. metitur I.
Puppis ſi qua venit: ſi quid fortaſſe potenti
Vel pudor extorſit domino, vel præda reliquit
Paſcimur arbitrio Mauri, nec debita reddi,
Sed ſua concedi iactat, gaudetque diurnos,
Vt famulæ, præbere cibos, vitámque, famémque
Librat Barbarico faſtu, vulgíque ſuperbit
Fletibus, & tantæ ſuſpendit fata ruinæ:
Romuleas vendit ſegetes, & poſſidet arua
Vulneribus quæſita meis. ideóne tot annos
Flebile cum tumida bellum Carthagine geſſi?
Iccirco voluit [d] contenta luce reuerti d. cõtemta P.C.I.
Regulus? hæc damnis genitor Cannenſibus [e] emi? e. egi? P.I. egit? C.
Incaſſum toties lituis naualibus arſit
Hiſpanum, Siculúmque fretum? vaſtatáque tellus,
Totque duces cæſi, ruptáque emiſſus ab Alpe
Pœnus, & attonitæ iam proximus Hãnibal vrbi?
Scilicet, vt domitis frueretur Barbarus Afris,
[f] Muro ſuſtinui Martem, noctésque cruentas f. Mauro C. ad orã. & fi: Collinans.
Collina pro turre tuli. Gildonis ad vſum
Carthago ter victa ruit? hæ mille gementis
Italiæ clades, impenſáque ſecula bellis?

Hoc

Ayuntamiento de Madrid

Hoc Fabius, fortiſque ſimul Marcellus agebant,
Vt Gildo cumularet opes? haurire venena
Compulimus dirum Syphacē, fractúmque Metello
a. Mariū, vinctumq́. B. Traximus immanē [a] Marij ſub vincla Iugurthā,
Et Numidæ Gildonis erunt? pro funera tanta,
b, labor P.C. Pro [b] dolor, in Bocchi regnum ſudauit vterque
Scipio Romano viciſtis ſanguine Mauri.
Ille diu miles populus, qui præfuit orbi,
Qui trabeas, & ſceptra dabat, quē ſemper in armis
Horribilem gentes, placidum ſenſere ſubactæ,
Nunc inhonorus, egens perfert miſerabile pacis
Supplicium, nulloque palàm circumdatus hoſte,
Obſeſſi diſcrimen habet, per ſingula lethum
Impendet momenta mihi, dubitandáque pauci
Præſcribunt alimenta dies. heu proſpera fata,
Quid mihi ſeptenos montes, turbámque dediſtis,
Quæ paruo non poſſet ali? felicior eſſem
Anguſtis opibus. mallem tolerare Sabinos,
Et Veios. breuior duxi ſecurius æuum.
Ipſa nocet moles. vtinam remeare liceret
Ad veteres fines, & mœnia pauperis Anci.
Sufficerent Etruſca mihi, Campanáque culta,
c. potenti P.C.I. Et Quincti, Curiique ſeges, patriæque [c] petenti
d. inferret proprias P.C.I. Ruſticus, [d] & proprias ferret dictator ariſtas.
Nunc quid agam? Libyā Gildo tenet, altera Nilū.
Aſt ego, quæ terras humeris, Pontúmque ſubegi,
Deſeror: emeritæ iam præmia nulla ſenectæ.
Dij, quibus iratis creui, ſuccurrite tandem,
Exortate patrem, túque ô, ſi ſponte per altum
Vecta Palatinis mutaſti collibus Idam,
Prælatóque lauas Phrygios Almone leones,
Maternis precibus natum iam flecte Cybelle.

Sin pro-

Ayuntamiento de Madrid

Sin prohibent Parcæ, falſiſque eluſa vetuſtas
[g] Auſpiciis, alio ſaltem proſternite caſu,
Et pœnæ mutate genus. Porſenna reducat
Tarquinios: renouet ferales [h] Allia cædes.
Me potius ſæui manibus [i] proſternite Pyrrhi,
Me Senonum Furiis, Brenni me reddite flammis:
Cuncta fame leuiora mihi. ſic fata, refuſis
Obticuit lacrymis. mater Cytherea, parenſque
Flet Mauors, ſanctæque memor Tritonia Veſtæ:
Nec [k] Cybele ſicco, nec ſtabat lumine Iuno.
Mærent indigetes, & ſi quos Roma recepit,
Aut dedit ipſa Deos. genitor iam corde remitti
Cœperat, & ſacrum dextra ſedare tumultum,
Cùm procul inſanis quatiens vlulatibus axem,
Et contuſa genas, mediis apparet in aſtris
Africa: reſciſſæ veſtes, & ſpicea [l] paſſim
Serta iacent. lacero crinales vertice dentes,
Et fractum pendebat ebur: taliq́ue ſuperbas
Irrupit clamore fores. quid magne moraris
Iupiter, auulſo nexu, pelagiq́ue ſolutis
Legibus, iratum populis immittere fratrem?
Mergi prima peto. veniant prærupta Pachyno
Aequora: laxatis ſubſidant Syrtibus vrbes.
Si mihi Gildonem nequeunt abducere fata,
Me rape Gildoni. felicior illa peruſtæ
Pars Libyæ, nimio quæ ſe munita calore
Defendit, tantiq́ue vacat ſecura tyranni.
Creſcat zona rubens: medius flagrantis Olympi
Me quoque limes agat. melius deſerta iacebo
Vomeris impatiens: pulſis dominentur [m] aratris,
[n] Dipſades, & ſitiens attollat gleba ceraſtas.
Quid me temperies iuuit? quid mitior æther?

g. Augurijs, C.
h. Gallia P.C.I.
i. permittite B.
k. ſicco Cybele, P.C.I.
l. ſparſim P.I.
m. ariſtis, P C.I.
n Dipſas, B.



Ayuntamiento de Madrid

*Gildoni ſecunda fui. tam Solis habenæ*
*Biſſenas torquent hiemes, ceruicibus ex quo*
*Hæret triſte iugum: noſtris iam luctibus ille*
*Conſenuit, regnumq́ue ſibi tot vindicat annis.*
*Atque vtinam regnum: priuato iure tenemur*
*Exigui ſpecie fundi. quod Nilus, & Atlas*
*Diſſidet, occiduis quod Gadibus arida Barce,*
*Quodq́ue Parætonio ſecedit litore Ganges,*
*Hoc ſibi tranſcribit proprium. pars tertia mundi*
*Vnius prædonis ager. diſtantibus idem,*
*Inter ſe vitiis cinctus: quodcunque profunda*
*Traxit auaritia, luxu peiore refundit.*
*Inſtat terribilis viuis: morientibus heres,*
*Virginibus raptor, thalamis obſcenus adulter.*
*Nulla quies. oritur præda ceſſante libido,*
*Diuitibusq́ue dies, & nox metuenda maritis.*
*Quiſquis vel locuples, pulcra vel coniuge notus,*
*Crimine pulſatur falſo: ſi crimina deſunt,*
*Accitus conuiua perit. mors nulla refugit*
*Artificem. varios ſuccos, ſpumasq́ue requirit*
*Serpentum virides, & adhuc ignota nouercis*
*Gramina. ſi quiſquam vultu præſentia damnet,*
*Liberiúsue gemat; dapibus crudelis in ipſis*
*Emicat ad nutum ſtricto mucrone miniſter.*
*Fixus quiſque toro tacita formidine libat*
*Carnifices epulas, incertaq́ue pocula pallens*
*Haurit, & intentos capiti circumſpicit enſes.*
*Splendet Tartareo Furialis menſa paratu,*
*Cæde madens, atrox gladio, ſuſpecta veneno.*
*Vt vino calefacta Venus, tum ſæuior ardet*
*Luxuries; miſtis redolent vnguenta coronis.*



Ayuntamiento de Madrid

*Crinitos inter famulos, pubemque canoram*
*Orbatas iubet ire nurus, nuperque peremtis*
*Arridere viris. Phalarim, tormentaque flammæ*
*Profuit, & Siculi mugitus ferre iuuenci,*
*Quàm tales audire choros: nec damna pudoris*
*Turpia ſufficiunt. Mauris clariſſima quæque*
*Faſtidita datur; media Carthagine ductæ*
*Barbara Sidoniæ ſubeunt [g] connubia matres:* g. connubi C.
*Aethiopem nobis generum, Naſamona maritum*
*Ingerit; exterret cunabula [h] diſcolor infans.* h. degener; B.
*His fretus ſociis, ipſo iam principe maior*
*Incedit. peditum præcurrunt agmina longè.*
*Circumdant equitum turmæ, Regesque clientes,*
*Quos noſtris ditat ſpoliis. perturbat auita*
*Quemque domo, veteres detrudit rure colonos.*
*Exſilio diſperſa feror, numquámne reuerti*
*Fas erit, errantesque ſolo iam reddere ciues?*
*Iret adhuc in verba dolor, niſi Iupiter alto*
*Cœpiſſet ſolio. voces adamante notauit*
*Atropos, & Lacheſis iungebat ſtamina dictis.*
*Nec te Roma diu, nec te patiemur inultam*
*Africa, communem proſternet Honorius hoſtem.*
*Pergite ſecuræ; veſtrum vis nulla tenorem*
*Separat; & ſoli famulabitur Africa Romæ.*
*Dixit, & afflauit Romam meliore iuuenta.*
*Continuò redit ille vigor, ſeniique colorem*
*Mutauere comæ: ſolidatam criſta reſurgens*
*Erexit galeam, clypeique recanduit orbis,*
*Et leuis excuſſa micuit rubigine conus.*
*Humentes iam noctis equos, Lethæaque ſomnus*
*Frena regens, tacito voluebat ſidera curſu.*



Ayuntamiento de Madrid

*Iam duo Diuorum proceres, maiorq́ue, minorq́ue*
*Theodoſij pacem laturi gentibus ibant:*
*Qui Iouis arcanos monitus, mandataq́ue ferrent*
*Fratribus, & geminis ſancirent fœdera regnis.*
*Sic cùm præcipites artem vicere procellæ,*
g. mutat P.C.I. *Aſſiduoq́ue gemens vndarum verbere* [g] *motat*
*Deſcenſura ratis, cæca ſub nocte vocati*
*Naufraga Ledæi ſuſtentant vela Lacones.*
*Circulus vt patuit Lunæ, ſecuere meatus*
*Diuerſos: Italas ſenior tendebat ad oras.*
h. portum, P.C.I. *At pater intrantem* [h] *Pontũ, quà Boſporus arctat,*
*Arcadij thalamis, vrbiq́ue illapſus Eoæ.*
*Quem ſimul vt vidit natus, nam clara nitebat*
*Cynthia, permiſto tremuerunt gaudia fletu,*
*Complexuq́ue fouens, quos non ſperauerat artus.*
*O mihi poſt Alpes nunc primùm reddite, dixit.*
*Vnde tuis optatus ades? da tangere dextram,*
*Qua gentes cecidere feræ. quis tale remouit*
*Præſidium terris? vt te mortalia pridem*
*Implorant, lugentq́ue pium, fortemq́ue requirunt.*
*Cui pater in tales rupit ſuſpiria voces.*
*Hoc erat in fratres? medio diſcordia Mauro*
*Naſcitur, & mundus, Germanaq́; diſſidet aula?*
*Gildonis ne ſalus tanti ſit cauſſa furoris?*
*Scilicet egregius morum, magnoq́ue tuendus,*
*Et cuius meritis pietas infracta recedat.*
*In primo genitore vide. ciuile calebat*
i. Diſcidiũ P.C.I. [i] *Diſſidium, dubio ſtabant Romana ſub ictu.*
*Quis procul Armenius, vel quis Mæotide ripa*
*Rex ignotus agit, qui me non iuuit euntem?*
*Auxilio fauere Getæ, venere Geloni:*
*Solus at hic non puppe data, non milite miſſo*

*Subſe-*

*Subſedit fluitante fide: ſi ſigna petiſſet*
*Obuia, detecto ſummiſſius hoſte, dolerem.*
*Reſtitit in ſpeculis fati, turbaque reductus*
*Librauit geminas euentu iudice vires,*
*Ad rerum momenta cliens, ſeſeque daturus*
*Victori. fortuna ſimul cum* [k] *morte pependit.* k. Marte P C.I.
[l] *O ſi non cupidis eſſem præreptus ab aſtris,* l. Sed ſi P. Et ſi C.
*Exemplum ſequerer Tulli, laniandaque dumis*
*Impia diuerſis aptarem membra quadrigis.*
*Germani nunc vſque tui reſponſa colebat,*
[m] *En iterum calcat. tali te credere monſtro* m. Nunc P.C.I.
*Poſt patrem, fratremq; paras? ſed magna rependit,*
*Inque tuam ſortem numeroſas tranſtulit vrbes.*
*Ergo fas pretio cedet? mercede placebit*
*Proditio? taceo, læſi quòd transfuga fratris,*
*Quòd leuis ingenio quamuis diſcrimine ſummo*
*Proditor apportet ſuſpenſa morte ſalutem,*
*Numquam gratus erit. damnamus luce* [n] *reperta* n. recepta B.
*Perfidiam: nec nos patimur committere tali*
*Hoc genus emtori. ciues cum mœnibus* [o] *offert.* o. aufert C.I.
*Hic vendit patriam. plerique in tempus abuſi*
*Mox odere tamen. tenuit ſic Graia Philippus*
*Oppida: Pellæo libertas concidit auro.*
*Romani ſcelerum ſemper ſpreuere miniſtros.*
*Noxia pollicitum* [p] *domino miſcere venena* p. Pyrrho B.
*Fabricius Regi nudata fraude remiſit:*
*Infeſto quem Marte petit, bellumque negauit*
*Per famuli patrare nefas. ductoſque Camillus*
*Trans murum pueros obſeſſæ reddidit vrbi.*
*Traduntur pœnis alij, cùm prælia ſoluant.*
*Hic manet, vt moueat: quod reſpuit alter in hoſte,*
*Suſcipis in fratrem? longi prò dedecus æui!*



Ayuntamiento de Madrid

g. contradit I. Cui placet, *Auſtrales Gildo* [g] *condonat habenas,*
*Tantaque mutatos ſequitur prouincia mores.*
*Quaſlibet ad partes animus nutauerit anceps:*
*Transfundit ſecum Libyam, refluumq; malignus*
*Commodat imperium. Mauri fuit Africa munus.*
*Tollite Maſſylas fraudes: remouete bilingues*
*Inſidias, & verba doli ſpirantia virus,*
h. Nec P. C. I. [h] *Ne conſanguineis certetur cominus armis*
*Deprecor: hæc trucibus Thebis, hæc digna Mycenis;*
*In Mauros hoc crimen eat. quid noſter iniquum*
*Molitur Stilico? quando non ille iubenti*
*Paruit? an quiſquam nobis deuinctior exſtat?*
*Vt ſileam varios, quos mecum geſſerit, actus.*
*Quæ vidi poſt fata loquar. cùm Diuus abirem,*
*Res incompoſitas, fateor, tumidaſque reliqui.*
i. iam nũc P. etiam tum C. *Stringebat vetitos* [i] *etiamnum exercitus enſes*
*Alpinis odiis, alternaque iurgia victi,*
*Victoreſque dabant: vix hæc amentia noſtris*
*Excubiis, nedum puero rectore quieſcet.*
k. ne B. *Heu quantum timui vobis,* [k] *quòd libera tanti*
*Militis auderet moles, cùm cæca remoto*
*Ferueret iam læta metu: diſſenſus acerbus,*
l. Sed B. [l] *Et grauior conſenſus erat. tunc ipſe paterna*
*Succeſſit pietate mihi, tenerumque, rudemque*
*Fouit, & in veros eduxit principis annos,*
*Rufinumque tibi, quem tu tremuiſſe fateris,*
*Depulit. hunc ſolum memorem, ſolumq; fidelem*
*Experior. volui ſi quid dum vita maneret,*
*Aut viſus voluiſſe, gerit: venerabilis illi*
*Ceu præſens, numenque vocor. ſi tanta recuſas,*
*Aut ſoceri reuerere faces, aut reſpice fratris*
m. Connu-biũ, P. C. [m] *Connubium, pignuſque meæ regale Serenæ.*

*Debueras*

Ayuntamiento de Madrid

*Debueras etiam fraternis obuius ire*
*Hoſtibus, ille tuis. quæ gens,*[f] *qui Rhenus, & Iſter*
*Vos*[g] *opibus iunctos, conſpirantesque tuliſſet?*
*Sed tantum permitte,*[h] *cadat; nil poſcimus vltrà.*
*Ille licet ſeſe prætentis Syrtibus armet,*
*Oppoſitoque Atlante tegat, licet arua referta*
*Anguibus, & Solis medios obiecerit æſtus:*
*Noui conſilium, noui Stiliconis in omnes*
*Aequalem caſus animum: penetrabit arenas,*
*Inueniet virtute viam. ſic Diuus, & inde*
*Sic natus. iuſſis genitor*[i] *parebitur vltro.*
*Amplector præcepta lubens, nec carior alter*
*Cognato Stilicone mihi: commiſſa profanus*
*Ille luat; redeat iam tutior Africa fratri.*
*Talia dum longo ſecum ſermone volutant:*
*Heſperiam peruenit auus, caſtumque cubile*
*Ingreditur, Tyrio quo fuſus Honorius oſtro*
*Carpebat teneros Maria cum coniuge ſomnos.*
*Aſſiſtit capiti, tunc ſic per ſomnia fatur.*
*Tantáne deuictos tenuit fiducia Mauros*
*Care nepos? iterum poſt me coniurat in arma*
*Progenies veſana iubæ, bellumque reſumit*
*Victoris cum ſtirpe ſui: firmúmne iacentem*
*Obliti, Libyam noſtro ſudore receptam*
*Rurſus habent? auſus Latio contendere Gildo?*
*Germani nec*[k] *fata timet? nunc ire profectò*
*Nunc vellem, notosque ſenex oſtendere vultus.*
*Nónne meã fugiet Maurus, cùm viderit, vmbram?*
*Quid dubitas? exſurge toris; inuade rebellem;*
*Captiuum mihi redde meum; deſiſte morari.*
*Hoc generi fatale tuo, dum ſanguis in orbe*
*Noſter erit, ſemper pallebit Regia Bocchi.*

f. quis P. C. I.
g. conſpirantes, opibus iunctosque P. C. I.
h. cadet; P. C. I.
i. parebimus C.
k. facta C.



Ayuntamiento de Madrid

*Iungantur ſpoliis Firmi, Gildonis opima:*
*Exornet geminos Mauruſia laurea currus:*
*Vna domus toties vna de gente triumphet.*
*Dij bene quod tantis inter labentibus annis*
*Seruati, Firmusque mihi, fraterque nepoti.*
*Dixit, & afflatus vicino Sole refugit.*
*At iuuenem ſtimulis immanibus æmula virtus*
*Exacuit: iam puppe vehi, iam ſtagna ſecare*
*Feruet, & abſentes inuadere cuſpide Mauros.*
*Tunc iubet acciri ſocerum, dextramque vocato*
*Conſerit, & quæ ſit potior ſententia quærit.*
*Per ſomnos mihi ſancte pater iam ſæpe futura*
*Panduntur, multæque canunt præſagia noctes.*
b. Iamque C. c. viſus deſtringere B.
b *Namque procul Libycos* c *venatu cingere ſaltus,*
*Et iuga rimari canibus Gætula videbar.*
*Mærebat regio ſæui vaſtata leonis*
*Incurſu, pecudum ſtrages, paſſimque iuuenci*
*Semineces, & adhuc infecta mapalia tabo,*
*Sparſaque ſanguineis paſtorum funera campis.*
*Aggredior latebras monſtri, mirumque relatu*
*Conſpicio: dilapſus honos, ceruice minaces*
*Defluxere iubæ, fractos inglorius armos*
*Suppoſuit ſeruile gemens, iniectaque vincla*
*Vnguibus, & ſubitæ collo ſonuêre catenæ.*
*Nunc etiam paribus ſecum certare tropæis*
*Hortator me cogit auus. quonam vſque remoti*
*Cunctamur? decuit pridem complere biremes,*
*Et pelagi ſuperare moras. tranſmittere primus*
*Ipſe paro: quæcunque meo gens Barbara nutu*
*Stringitur, adueniat. Germania tota feratur*
*Nauibus, & ſocia comitentur claſſe Sicambri.*
*Pallida tranſlatum iam ſentiat Africa Rhenum.*

*An patiar*

Ayuntamiento de Madrid

An patiar tot probra ſedens, iuueniſque relinquam
Quæ tenui, rexique puer? bis noſter ad Alpes
Alterius genitor defenſum regna cucurrit.
Nos prædæ faciles inſultandique iacemus?
Finierat. Stilico contrà, cui talia reddit:
Aduerſíne tubam princeps dignabere Mauri?
[c] Afferet ignauus clari ſolatia lethi? c. Auferet B.
Te bellante mori: [d] decurret Honorius inde, d. decernet P.C.I
Hinc Gildo. prius aſtra Chaos miſcebit Auerno.
Vindictam mandaſſe ſat eſt: plus nominis horror,
Quàm tuus enſis, aget. minuunt præſentia famam.
Qui ſtetit, æquatur campo, collataque neſcit
Maieſtatem acies. ſed quod magis vtile factu,
Atque hoſti grauius, ſenſus aduerte, docebo.
Eſt illi paribus, ſed non & moribus iiſdem
[e] Macezer: fugiens qui dira piacula fratris e. Maſcezel; *Ald.*
Speſque ſuas, vitamque tuo commiſit aſylo. Maſcezel: *Onuphrius.*
Hunc vbi tentatis fruſtra mactare nequiuit
Inſidiis: patrias in pignora contulit iras,
Quoſque manu pueros paruos geſtauerat, vnà
Occidit iuuenes, inhumataque corpora vulgo
Diſpulit, & tumulo cognatas arcuit Vmbras:
Naturamq; ſimul, fratremque, hominemq; cruentus
Exuit, & tenuem cæſis inuidit arenam.
Hoc facinus refugo damnauit Sole Mycenas,
Auertitque diem ſceleri: ſed reddidit Atreus
Crimen, & infandas excuſat coniuge menſas.
[f] Hinc odium, non pœna fuit. te perdita iura, f. hoc. P. C. Huic I.
Te pater vltorem, te nudi puluere Manes,
Te pietas polluta rogat. ſi flentibus aram,
Et proprium miſeris nomen ſtatuiſtis Athenæ;
Si Pandionias planctu traxêre phalanges

*Inachides, belloque rogos meruere maritis;*
*Si mæſtas ſqualore comas, lacrymiſque Senatum*
*In Numidas pulſus ſolio commouit Adherbal:*
[l] *Nunc quoque, nunc Gildo, tãto quẽ funere merſit,*
[m] *Nunc doleat veniſſe ducem, ſeſeque minorem*
*Supplicibus ſciat eſſe tuis. quem ſede fugauit,*
[n] *Nunc præceps fugiat: fregit quem clade, tremiſcat,*
*Agnoſcatq; ſuum, trahitur dum victima, fratrem.*
*Hæc vbi ſederunt genero: notiſſima Marti*
*Robora, præcipuos electa pube maniplos*
*Diſponit, portuque rates inſtaurat Etruſco.*
[o] *Heracleam ſuus Alcides,* [p] *Ioniamque cohortem*
*Rex ducit Superum: premitur nec ſignifer vllo*
*Pondere: feſtinant adeò vexilla moueri.*
*Neruius inſequitur, meritusque vocabula Felix,*
*Dictaque ab Auguſto legio, nomenq; probantes*
*Inuicti clypeoque animoſi teſte leones.*
*Dictis antè tamen princeps confirmat ituros,*
*Aggere conſpicuus: ſtat circumfuſa iuuentus*
*Nixa haſtis, pronasq; ferox accommodat aures.*
*Gildonem domitura manus promiſſa, minasq;,*
*Tempus age. ſi quid* [q] *pro me meruiſtis in armis,*
*Oſtentate mihi: iuſto, magnóque triumpho*
*Ciuiles abolete* [r] *notas ſciat orbis Eous,*
*Sítque palàm, Gallos cauſſa, non robore vinci.*
*Nec vos, Barbariem quamuis collegerit omnem,*
[s] *Terreat, aut Mauri fremitus, raucósque repulſus*
*Vmbonum, & noſtros paſſuri cominus* [t] *enſes.*
*Non contra clypeis tectos, galeíſque micantes*
*Ibitis: in ſolis longè fiducia telis.*
*Exarmatus erit, cùm miſſile torſerit hoſtis.*
*Dextra mouet iaculum: prætentat pallia læua;*

Cetera

l. Hunc quoque nunc I.
m. Hunc P. C. I.
n. Hunc C.
o. Herculeam P. C. I.
p. Iouiamque P. C.
q. Roma B.
r. neces B.
ſ. Terreat, an. P.C.I.
t. enſes? P.C.I,

Cetera nudus eques. ſonipes ignarus habenæ;
Virga regit. non vlla fides, non agminis ordo.
Arma oneri, fuga præſidio: [f] connubia mille,
Non [g] illis generis nexus, non pignora curæ;
Sed numero languet pietas. hæc copia vulgi.
Vmbratus dux ipſe roſis, & marcidus ibit
Vnguentis, crudusq́ue cibo, titubansq́ue Lyæo,
Confectus ſenio, morbis, ſtuprisq́ue ſolutus,
Excitet inceſtos turmalis buccina ſomnos,
Imploret citharas, cantatricesq́ue choreas,
Offenſus ſtridore tubæ, diſcatq́ue coactus
Quas vigilat Veneri, caſtris impendere noctes.
Nónne mori ſatius, vitæ quàm ferre pudorem?
Nam quæ iam regio reſtat, ſi dedita Mauris
Regibus, Illyricis acceſſerit Africa damnis?
Ius Latium, quòd tunc Meroë, rubroq́ue ſolebat
Oceano cingi, Tyrrhena clauditur vnda.
Et cui non Nilus, non intulit India metas,
Romani iam finis erit Trinacria regni?
Ite recepturi, prædo quem ſuſtulit, axem,
Ereptumq́ue Notum. caput inſuperabile rerum,
Aut ruet in veſtris, aut ſtabit Roma lacertis.
Tot mihi debetis populos, tot [h] iura, tot vrbes
Amiſſas; vno Libyam defendite bello.
Veſtros imperium remos, & veſtra ſequatur
Carbaſa: deſpectas trans æquora ducite leges.
Tertia iam ceruix ſolito mucrone rotetur,
Tandem funereis finem poſitura tyrannis.
Omina conueniunt dicto, fuluusq́ue Tonantis
Armiger ad liquidã cunctis ſpectantibus æthram
Correptum pedibus curuis innexuit hydrum,
Dumq́ue reluctantem morſu partitur obunco,

Hæſit

f. conubia P.C.I.
g. vlli B.
h. rura P.C.I.

Ayuntamiento de Madrid

*Hæſit in vngue caput; truncatus decidit anguis.*
*Illicet auguriis alacres per ſaxa citati,*
*Torrenteſque ruunt: non mons, non ſilua retardat.*
*Pendula ceu paruis moturæ bella colonis*
*Ingenti clangore grues æſtiua relinquunt*
*Thracia, cùm tepido permutant Strymona Nilo,*
*Ordinibus variis per nubila texitur alis*
*Littera, pennarumque notis inſcribitur aër.*
*Vt fluctus tetigêre maris, tunc acrior arſit*
*Impetus. arripiunt naues, ipſique rudentes*
*Expediunt, & vela legunt, & cornua ſummis*
*Aſſociant malis. quatitur Tyrrhena tumultu*
*Ora, nec Alpheæ capiunt naualia Piſæ.*
*Sic Agamemnoniam vindex cùm Græcia claſſem*
*Solueret, innumeris feruebat vocibus Aulis.*
*Non illos ſtrepitus, impendentiſque procellæ*
*Signa, nec aduentus dubij deterruit Auſtri.*
d. iam vellite B. *Soluite iam ſocij, clamant, [d] aut rumpite funem:*
*Per vada Gildonem quamuis aduerſa petamus,*
*Ad bellum nos trudat hiems: per deuia Ponti*
*Quaſſatis cupio tellurem figere roſtris.*
e. *Hæc ſincera lectio.* capta & timida *libri vulgati,* *Heu nimium ſegnes, [e] cauta qui mente notatis,*
*Si reuolant mergi, graditur ſi litore cornix.*
*Ora licet maculis adſperſerit occiduus Sol,*
*Lunaque conceptis liueſcat turbida Coris,*
f. concuſſa P. C. I. *Et [f] confuſa vagos iaculentur ſidera crines,*
*Imbribus humeſcant Hædi, nimboſaque Taurum*
*Ducat Hyas, totuſque fretis deſcendat Orion:*
*Certa fides cæli, ſed maior Honorius auctor:*
*Illius auſpiciis immenſa per æquora miles,*
*Non Plauſtris, Arctoque regor. contemne Booten*
*Nauita: turbinibus mediis permitte carinas.*



Ayuntamiento de Madrid

*Si mihi tempeſtas Libyam, ventiq́ue negabunt,*
*Auguſti fortuna dabit. iam claſſis in altum*
*Prouehitur. dextra Ligures, Etruria læua*
*Linquitur, & cæcis vitatur Corſica ſaxis.*
*Humanæ ſpeciem plantæ ſe magna figurat*
*Inſula: Sardiniam veteres dixere coloni.*
*Diues ager frugum: Pœnos, Italosq́ue petenti*
*Opportuna ſitu. quæ pars vicinior Afris,*
*Plana ſolo, ratibus clemens. quæ reſpicit Arcton,*
*Immitis, ſcopuloſa, procax, ſubitisque ſonora*
[g] *Fluctibus. inſanos infamat nauita montes.*
*Hinc hominum, pecudumq́ue lues, hinc peſtifer aër*
*Sæuit, & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.*
*Quos vbi luctatis procul effugere carinis;*
*Per diuerſa ruunt ſinuoſæ litora terræ.*
*Pars adit antiqua ductos Carthagine* [h] *muros.*
*Partem litoreo complectitur obuia muro*
*Vrbs. Libyam contra Tyrio fundata potenti*
*Tenditur in longum* [i] *Caralis, tenuemq; per vndas*
*Obuia dimittit fracturum flamina collem.*
*Efficitur portus medium mare, tutaq́ue ventis*
*Omnibus ingenti manſueſcunt ſtagna receſſu.*
*Hanc omni petière manu, proruq́ue reductis*
*Suſpenſa Zephyros exſpectant claſſe fauentes.*

g. Fluctibus, P. C. I.

h. Sulcos. *ſic Mariāg. diatriba in Solinum ex codice perueteri hunc locū emendat. Pomp. Mela lib.* II.

i. Calaris, C. *Vrbium antiquiſſimæ Calaris & Sulci.*



Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI IN LIBRVM DE BELLO GETICO, VEL DE VICTORIA STILICONIS CONTRA ALARICVM,

## PRAEFATIO.

*Poſt reſides annos longo velut excita ſomno,*
*Romanis fruitur noſtra Thalia choris.*
*Optatos renouant eadem mihi culmina cœtus,*
*Perſonat & noto Pythia vate domus.*
*Conſulis hic faſces cecinit, Libyamque receptam;*
*Heic mihi proſtratis bella canenda Getis.*
*Sed prior effigiem tribuit ſucceſſus amœnam,*
*Oraque patricius noſtra dicauit honos.*
*Annuit hic princeps titulum poſcente Senatu.*
*Reſpice iudicium quàm graue Muſa ſubis.*
*Ingenio minuit merces properata fauorem,*
*Carminibus veniam præmia tanta negant,*
*Et magis intento ſtudium cenſore laborat.*
*Quod legimur medio, conſpicimurque foro:*
*Materies tamen ipſa iuuat, ſolitumque timorem*
*Dicturo magna ſedula parte leuat.*
*Nam mihi conciliat gratas impenſius aures*
*Vel meritum libri, vel Stiliconis amor.*

CL.

# CL. CLAVDIANI DE BELLO GETICO LIBER.

INtacti cùm clauſtra freti coëuntibus æquor
Armatum ſcopulis audax irrumperet Argo,
Oetæam, Colchosq́ue petens propiore periclo,
Omnibus attonitis ſolus poſt Numina Tiphys
Incolumem tenui damno ſeruaſſe carinam
Fertur, & ancipitem montis vitaſſe ruinam,
Deceptoq́ue vagæ concurſu rupis in altum
Victricem duxiſſe ratem. ſtupuere ſuperbæ
Arte viri domitæ Symplegades, & noua paſſæ
Iura ſoli, faciles cunctis iam puppibus hærent,
Vt vinci didicere ſemel. quòd ſi ardua Tiphyn
Nauis ob innocuæ meritum ſic gloria vexit;
Quæ tibi pro tanti pulſo diſcrimine regni
Sufficient laudes Stilico? licet omnia vates
In maius celebrata ferant, ipſamq́ue ſecandis
Argois trabibus iactent ſudaſſe Mineruam,
Nec nemoris tantum vinxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed cæſo [a] Tomari Iouis augure luco, a. monitu libri vulgati.inepte.
Arbore præſaga tabulas animaſſe loquaces.
Plurima ſed quamuis variis miracula monſtris
Ingeminent teneras vincturi carmine mentes,
Harpyiasq́ue truces, inſopitisq́ue refuſum
Tractibus aurati cuſtodem velleris anguem,
Et iuga taurorum rapidis ambuſta fauillis,
Et virides galeis ſulcos, ſetasq́ue nouales,

Martis,

Martis & in ſegetem creſcentis ſemina belli:
Nil veris æquale dabunt. prohibere rapaces
Scilicet Harpyias, vnaque excludere menſa
Nobilior titulus, quàm tot potuiſſe paratas
In Latij prædam Geticas auertere fauces.
An ego terrigenas potius mirabor in ipſis
Procubuiſſe ſatis, vitæ quibus attulit idem
Principium finemque dies, quam cæſa Getarum
Agmina, quos tantis aluit Bellona tropæis,
Totaque ſub galeis Mauortia canuit ætas?
Per te namque vnum mediis exuta tenebris
Imperio ſua forma redit, clauſtriſque ſolutæ
Triſtibus exſangues audent procedere leges.
Iamque poteſtates priſcus diſcriminat ordo.
Iuſtitiæ, quas ante pares effecerat vna
Nube timor. tua nos vrgenti dextera letho
Eripuit, tectiſque ſuis redduntur, & agris,
Damnati fato populi, virtute renati.
Iam non in pecorum morem formidine clauſi
Proſpicimus ſæuos campis ardentibus ignes.
Alta nec incertis metimur flumina votis
Excidio latura moram. non poſcimus amnes
Vndoſam ſeruare fidem, nubeſque fugaces,
Aut coniuratum querimur ſplendere ſerenum.
Ipſa quoque interius Furiis exercita plebis
Securas iam Roma leuat tranquillior arces.
Surge precor veneranda parens, & certa ſecundis
Fide Deis, humilemque metum depone ſenectæ,
Vrbs æqueua polo: tum demum ferrea ſumet
Ius in te Lacheſis, cùm ſic mutauerit axem,
Fœderibus natura nouis, vt flumine verſo
Irriget Aegyptum Tanais, Mæotida Nilus,

Eurus

Ayuntamiento de Madrid

*Eurus ab occaſu, Zephyrus ſe promat ab Indis,*
*Caucaſiuſque iugis, calido nigrantibus Auſtro,*
*Getulas Aquilo glacie conſtringat arenas.*
*Fatales hucuſque manus, crebrisque notatæ*
*Prodigiis abiere minæ: nec ſidera pacem*
*Semper habent, ipſumq. Iouem turbante Typhœo,*
*Si fas eſt, timuiſſe ferunt, cùm brachia centum*
*Montibus armaret totidem, [d] ſpiraſque retorquens* d. ſpiráſque P.C.I.
*Lamberet attonitas erectis anguibus Arctos.*
*Quid mirum, ſi regna labor mortalia vexat?*
*Cùm gemini fratres, genuit quos aſper Aloeùs*
*Martem ſubdiderint vinclis, & in aſtra negatas*
*Tentarint munire vias, ſteteritque reuulſis*
*Pæne tribus ſcopulis, cæleſti machina bello.*
*Sed caret euentu nimius furor: improba numquam*
*Spes lætata diu: nec peruenere iuuentæ*
*Robur Aloidæ, dum vellere Pelion Othrys*
*Nititur, occubuit Phœbo, moriènſque Ephialtes*
*In latus obliquam proiecit languidus Oſſam.*
*Adſpice Roma tuum iam vertice celſior hoſtem:*
*Adſpice quàm rarum referens inglorius agmen,*
*Italia detruſus eat, quantùmque priori*
*Diſſimilis: qui cuncta ſibi ceſſura ruenti*
*Pollicitus patrij numen iurauerat Iſtri,*
*Non niſi calcatis loricam ponere roſtris.*
*O rerum fatíque vices: qui fœda parabat*
*Romanas ad ſtupra nurus, ſua pignora vidit*
*Coniugibus permiſta trahi: qui mente profunda*
*Hauſerat vrbis opes, vltrò victoribus ipſe*
*Præda fuit: noſtri quondam qui militis auro*
*Aggreſſus tentare fidem, deſertus ab omni*
*Gente ſua, manibúſque redit truncatus, & armis.*

Hoc quoque quod veniam lethi valuere mereri
Si poſitus pendas odiis, ignoſcere pulcrum
Iam miſero, pœnæque genus vidiſſe precantem.
Quæ vindicta prior, quàm cùm formido ſuperbos
Flectit, & aſſuetum ſpoliis affligit egeſtas?
Sed magis ex aliis fluxit clementia cauſſis,
Conſulitur dum Roma tibi. tua cura coëgit
Incluſis aperire fugam, ne peior in arcto
a. conſcia P. C. l Sæuiret rabies venturæ [a] nuntia mortis.
Nec tanti nomen, ſtirpemque abolere Getarum,
Vt propius peterêre, fuit. procul arceat altus
Iupiter, vt delubra Numæ, ſedemque Quirini
Barbaries oculis ſaltem temerare profanis
Poſſit, & arcanum tanti deprendere regni.
Quamquam, ſi veterum certamina rite recordor,
Tunc etiam pulcra cùm libertate vigerent,
Et proprio latè florerent milite patres:
Semper ab his famæ petiere inſignia bellis,
Quæ diuerſa procul tuto trans æquora vires
Exercere dabat currus, Regumque catenæ
Inter abundantis fati ludibria ductæ.
At verò Italiam quoties circumſtetit atrox
Tempeſtas, ipſumque caput leſura pependit;
Non illis vani ratio ventoſa fauoris,
Sed grauiter ſpectata ſalus, ductórque placebat,
Non qui præcipiti traheret ſimul omnia caſu,
Sed qui maturo vel læta, vel aſpera rerum
Conſilio momenta regens, nec triſtibus impar,
Nec pro ſucceſſu tumidus, ſpatiúmque morandi,
Vincendíque modum mutatis noſſet habenis.
Cautiùs ingentes morbos, & proxima cordi
Vlcera Pæoniæ tractat ſollertia curæ,

Parcen-

Ayuntamiento de Madrid

*Parcendoque ſecat, ferro ne[b] longiùs acto* b.largiùs
*Irreuocandus eat ſectis vitalibus error.* P.I.latiùs C.
*Sublimi certè Curium canit ore vetuſtas,*
*Æaciden Italo pepulit qui litore Pyrrhum.*
*Nec magis inſignis Marij, Paulliq́ue triumphus,*
*Qui captos niueis Reges egêre quadrigis.*
*Plus fuga laudatur Pyrrhi, quàm vincla Iugurthæ.*
*Et quamuis gemina feſſum iam clade fugarit,*
*Poſt Decij lituos, & nulli peruia culpæ*
*Pectora Fabricij donis inuicta, vel armis,*
*Plena datur Curio pulſi victoria Pyrrhi.*
*Quanto maius opus ſolo Stilicone peractum*
*Cernimus! hic validam gentẽ, quam dura niuoſis*
*Educat Vrſa plagis, non Chaonas, atq. Moloſſos,*
*Quos Epirus alit, nec Dodonæa ſubegit*
*Agmina, fatidicam fruſtra iactantia quercum.*
*Primus fulmineum lento luctamine Pœnum*
*Compreſſit Fabius: campo pòſt auſus aperto*
*Marcellus vinci docuit: ſed tertia virtus*
*Scipiadæ Latiis tandem deterruit oris.*
*Vnus in hoc Stilico, diuerſis artibus hoſte*
*Tres potuit[c] complere duces, fregitq́ue furentem* c.ſuperare B.
*Cunctando,[d] vicitq́ue manu, victumq́ue relegat.* d.vincitq́. P.
*Atque hæc tanta breui miſcentẽ[e] incendia Pyrrhũ* e.prœlia B.
*Suſtinuit toto mærens Oenotria luſtro,*
*Et prope ter ſenas Itali per graminis herbas*
*Maſſylus Pœno ſonipes vaſtante cucurrit,*
*Hannibalemq́ue ſenem vix ad ſua reppulit arua.*
*Vindex ſera patrum poſt bellum nata iuuentus.*
*Hic celer effecit, bruma ne longior vna*
*Eſſet hiems, rerum primis ſed meſſibus æſtas*
*Temperiem cælo pariter, belloq́ue referret.*

Sed quid ego Hãnibalẽ [d] contrà, Pyrrhũq. tot annis
Certatum memorem? vilis cùm Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni,
Conſulibusque palàm toties congreſſus inertes
Exuerit caſtris dominos, & ſtrage pudenda
Fuderit imbelles aquilas ſeruilibus armis.
Nos terrorum expers, & luxu mollior ætas
Deficimus queruli. ſi bos adductus aratro,
Si libata ſeges, non hanc ergaſtula nobis
Immiſere manum, [e] nec coniurantis arenæ
Turba fuit. qualem Stilico deiecerit hoſtem,
Thraces, & Æmonij poterunt, [f] Mæſique fateri.
Frigida ter decies nudatum frondibus Æmum
Tendit hiems veſtire gelu; totiesque ſolutis
Ver niuibus viridem monti reparauit amictum,
Ex quo iam patrios gens hæc oblita Triones,
Atque Iſtrum tranſuecta ſemel, veſtigia fixit
Threicio funeſta ſolo: ſeu fata vocabant,
Seu grauis ira Deûm, ſeriem meditata ruinis;
Ex illo quoſcumque vagos impegit Erinnys,
Grandinis, aut morbi ritu per deuia rerum
Præcipites, per [g] clauſtra ruunt. nec contigit vllis
Amnibus, aut ſcopulis proprias defendere terras.
Nil Rhodope, nil vaſtus Athos, nil profuit [h] Æ-
Odryſiis. facili contemnunt Strymona ſaltu, (mus
Et fruſtra rapidum damnant Alyacmona Beſſi.
Nubibus intactum Macedo miratur Olympum,
More pererratum campi: [i] gerit irrita Tempe
Theſſalus, & domitis iriſam [k] cautibus [l] Oetam.
Sperchiusque, & virginibus dilectus Enipeus
Barbaricas lauêre comas. non obiice Pindi
Seruati Dryopes: nec nubifer Actia texit

Litora

d. circa, vulgati libri. male,
e. non I. neque C.
f. Sic lego ex ant. lib. non Meſſique.
g. clauſa P. luſtra B.
h. Hebrus P.C.I.
i. gemit P.C.I.
k. cotibus P.C.I.
l. Oeten. P.I

Ayuntamiento de Madrid

Litora Leucates. ipſæ, quæ duriùs olim
Reſtiterant Medis, primo conamine ruptæ
Thermopylæ. vallata [g] mari Scironia rupes,
Et duo continuo connectens æquora muro
Iſthmos, & anguſti patuerunt [h] templa Lycæi.
Nec tibi Parrhaſios licuit munire colonos
Frondoſis Erymanthe iugis, equitatáque ſummi
Culmina Taygeti trepidæ vidiſtis Amyclæ.
Tandem ſupplicium cunctis pro montibus Alpes
Exegêre Getis: tot tandem flumina victor
Vindicat Eridanus: docuit nunc exitus altè
Fatorum ſecreta tegi. quiſquam ne recluſis
Alpibus vlterius Latij fore credidit vmbram?
Nonne velut capta rumor miſerabilis vrbe
Trans freta, trans Gallos, Pyrenæúmque cucurrit?
Famaque nigrantes ſuccincta pauoribus alas
Secum cūcta trahens à Gadibus vſque Britannum
Terruit Oceanum, & noſtro procul axe remotam
Inſolito belli tremefecit murmure Thulen.
Mandemúſne Noti flabris, quoſcumque timores
Pertulimus, feſtæ doleant ne triſtibus aures?
An potius meminiſſe iuuat, ſempérque viciſſim
Gaudia præmiſſi cumulant inopina dolores?
Vtque ſub occidua iactatis Pleiade nautis
Commendat placidum maris inclementia portum;
Sic mihi tunc maior Stilico, cùm læta periclis
Metior, atque illi redeunt in corda tumultus.
Nónne videbantur, quamuis adamante rigentes,
Turribus inualidis fragiles procumbere muri,
Ferratæ'que Getis vltro ſe pandere portæ?
Nec vallum, denſæque ſudes arcere volantes
Cornipedum ſaltus. iam iam conſcendere puppes,

g. maris Scironia ripis, *vulg. libri non rectè.*
g. clauſtra P.C.I.



Ayuntamiento de Madrid

b. Cypris P.C. Sardonioſque habitare ſinus, & inhoſpita [b] Cypri
Saxa parant, vitamque freto ſpumante tueri.
c. diffiſſa P. Ipſa etiam [c] diffuſa breui Trinacria Ponto,
Si rerum natura ſinat, diſcedere longè
Optat, & Ionium refugo laxare Peloro.
Fultaque deſpiciens auro laquearia diues,
Tutior Æoliis mallet vixiſſe cauernis.
Iamque oneri creduntur opes, tandemque libido
d. excita B. Hæſit auaritiæ grauioribus [d] obruta curis.
Vtq; eſt, ingenioque loquax, & plurima fingi
Permittens, credique timor: tunc ſomnia vulgo
Narrari: tunc monſtra Deûm, monituſq. ſiniſtri;
Quid meditentur aues, quid cum mortalibus æther
Fulmineo velit igne loqui, quid carmine poſcat
Fatidico cuſtos Romani carbaſus æui.
Territat aſſiduus Lunæ labor, atraque Phœbe
e. aeriſonas P.C I. Ausonias B. Noctibus [e] horriſonas crebris vlulata per vrbes.
Nec credunt vetito fraudatam Sole ſororem
Telluris ſubeunte globo: ſed caſtra ſecutas
Barbara, Theſſalidas patriis lunare venenis
Inceſtare iubar. tunc anni ſigna prioris,
Et ſi quod fortaſſe quies neglexerat omen,
f. Ionis Ald. Addit cura [f] nouis lapidoſos grandinis ictus,
Molitaſque examen apes, paſſimque crematas
Perbacchata domos nullis incendia cauſſis,
Et numquam cælo ſpectatum impune cometem,
Qui primùm roſeo Phœbi prolatus ab ortu
Qua micat aſtrigera ſenior cum coniuge Cepheus,
Inde Lycaonia paullatim expulſus ab Arcto
Crine vago Getici fœdauit ſidera plauſtri,
Donec in exiguum moriens vaneſceret ignem.
Sed grauiùs mentes cæſorum oſtenta luporum
Horrificant.

Ayuntamiento de Madrid

Horrificant. duo quippe lupi ſub principis ora,
Dum campis exercet equos, violenter adorti
Agmen, & excepti telis, immane relatu
Prodigium, miramq́ue notam duxere futuri.
Nam ſimul humano geminas de corpore palmas
Vtraque perfoſſis emiſit bellua coſtis;
Illo læua tremens, hoc dextera ventre [g] latebant, g. latebat, P.C.I.
Intentis ambæ digitis, & ſanguine viuo
Scrutari ſi vera velis. fera nuntia Martis
Orbe ſub Auguſti caſurum prodidit hoſtem.
Vt'que manus vtero virides patuere retecto,
Romula poſt ruptas virtus ſic emicat Alpes.
Sed malus interpres rerum metus omne trahebat
Augurium peiore via, truncataq́ue membra,
Nutricemq́ue lupam Romæ, regnoq́ue minari.
Tunc [h] reputant annos, interceptoq́ue volatu h. repetũt B.
Vulturis, incidunt properatis ſæcula metis.
Solus erat Stilico, qui deſperantibus augur
Sponderet meliora manu, dubiæque ſalutis
Dux idem vatesq́ue fuit. durate parumper
Inquit, & excuſſis muliebribus ore querelis
Fatorum toleremus onus: nil nautica proſunt
Turbatæ lamenta rati: nec ſegnibus vndæ
Planctibus, aut vanis miteſcunt flamina votis.
Nunc inſtare manu, toto nunc [i] pectore niti i. robore P.C.I.
Communi pro luce decet; ſuccurrere velis,
Exhaurire fretum, varios aptare rudentes,
Omnibus & docti iuſſis parere magiſtri.
Non [k] niſi perfidia nacti penetrabile tempus k. ñ P.C.
Irrupere Getæ, noſtras dum Rhætia vires
Occupat, atque alio deſudant Marte cohortes,
Iccirco ſpes omnis abit. mirabile poſſet

*Eſſe mihi, ſi fraude noua, vel calle reperto*
*Barbarus ignotas inuaderet inſcius Alpes.*
*Nunc verò geminis clades repetita tyrannis*
*Famoſum vulgauit iter, nec nota feſellit*
*Semita præſtructum bellis ciuilibus hoſtem.*
*Per ſolitas venère vias, aditúsque ſequendos*
*Barbarico Romana dedit diſcordia bello.*
*Sed nec præteritis hæc res incognita ſeclis.*
*Sæpe laceſſitam, ſed non impune fatemur*
*Auſoniā, hæc Senonū reſtrinxit ſanguine flamas,*
*Hæc & Teutonico quondam patefacta furori*
*Colla catenati vidit ſqualentia Cimbri.*
*Vile decus, quod non erexit præuius horror.*
*Ingentes geminant diſcrimina magna triumphos.*
*Quid turpes iam mente fugas, quid Gallica rura*
*Reſpicitis, Latióque libet poſt terga relicto*
*Longinquum profugis Ararim præcingere caſtris?*
*Scilicet Arctois conceſſa gentibus vrbe*
g. capitiq. P.C. *Conſidet regnum Rhodano, [g] captíque ſuperſtes*
*Truncus erit, veſtros ſtimulant ſi pignora ſenſus.*
*Me quoque non impar naturæ cura remordet,*
h. vt P.C. I. *Nec ferro ſic corda rigent, [h] aut noſſe [i] recuſant,*
i. recuſēt, P. laborēt, C. recuſē, I. *Quàm ſanctum ſoceri nomen, quàm dulce mariti,*
*Quantus prolis amor: ſed numquam oblita decoris*
*Obſcenam latebram pietas ignaua requiret,*
*Nec vobis fortis monitor mihi cautior vni.*
*Hic coniux, hic progenies, hic carior omni*
*Luce gener; pars nulla mei ſubducta procellæ.*
*Accipe tu noſtræ tellus Oenotria mentis*
k vincula, P.C.I. *[k] Pignora, communes tecum ſubeuntia caſus,*
*Exiguamque moram muris impende tuendis,*
*Dum redeo, lectum referens in claſſica robur.*

His

Ayuntamiento de Madrid

His dictis pauidi firmauit inertia vulgi
Pectora, migrantiſque fugam compeſcuit aulæ,
Auſaque tum primùm tenebris emergere pulſis
Heſperia, vt ſecum iunxiſſe pericula vidit
Auguſtum, [g] tantóque ſui ſtetit obſide fati. g. totoq́ue C.I.
Protinus vmbroſa veſtit qua litus oliua
Larius, & dulci mentitur Nerea fluctu,
Parua puppe lacum præteruolat ocyus: inde
Scandit inacceſſos brumali ſidere montes,
Nil hiemis, cælíue memor. ſic ille relinquens
Ieiunos antro catulos immanior exit
Hiberna ſub nocte leo, tacitúſque per altas
Incedit furiale niues. ſtant colla pruinis
Aſpera: flauentes adſtringit ſtiria ſetas.
Nec meminit lethi, nimbóſue aut frigora curat,
Dum natis alimenta paret. ſublimis in Arcton
Prominet Hercyniæ confinis Rhætia ſiluæ:
Quæ ſe Danubij iactat Rheniq́ue parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno.
Primo fonte breues, alto mox gurgite regnant,
Et fluuios cogunt vnda coëunte minores
In nomen tranſire ſuum. te Cimbrica Tethys
Diuiſum bifido conſumit Rhene meatu.
Thracia quinque vadis Iſtrum vorat Amphytrite.
Ambo habiles remis; ambo glacialia ſecti
Terga rotis; ambo Boreæ, Martiq́ue ſodales.
Sed latus Heſperiæ, [h] quà Rhætia iungitur oræ, h. quo P. C.I.
Præruptis ferit aſtra iugis, panditq́ue tremendam
Vix æſtate viam, multi ceu Gorgone viſa
Obriguere gelu, multos hauſere profundæ
Vaſta mole niues, cúmque ipſis ſæpe iuuencis
Naufraga candenti merguntur plauſtra Barathro.



Ayuntamiento de Madrid

*Interdum ſubitam glacie labente ruinam*
b. trepidis C. I. *Mons dedit, & [b] tepidis fundamina ſubruit aſtris,*
*Pendenti malefida ſolo. per talia tendit*
*Frigoribus mediis Stilico loca. nulla Lyæi*
c. raros B. *Pocula, rara Ceres, [c] raptos contentus in armis*
*Delibaſſe cibos, madidoque oneratus amictu*
*Algentem pulſabat equum, nec mollia feſſo*
*Strata dedere torum. tenebris ſi cæca repreſſit*
*Nox iter, aut ſpelæa ſubit metuenda ferarum,*
*Aut paſtorali iacuit ſub culmine fultus*
*Ceruicem clypeo. ſtat pallidus hoſpite magno*
*Paſtor, & ignoto præclarum nomine vultum*
*Ruſtica ſordenti genitrix oſtendit alumno.*
*Illa ſub horrendis prædura cubilia ſiluis:*
*Illis ſub niuibus ſomni, curæque, laborque*
*Peruigil. hanc requiem terris, hæc otia rebus*
*Inſperata dabant. illæ tibi Roma ſalutem*
*Alpinæ peperere caſæ. iam fœdera gentes*
*Exuerant, Latiique audita clade feroces*
d. regna I. castra B. *Vindelicos ſaltus, & Norica [d] rura tenebant.*
*Ac veluti famuli, mendax quos mortis herilis*
*Nuntius in luxum falſo rumore reſoluit,*
*Dum marcent epulis, atque inter vina, choroſque*
*Perſultat vacuis effrena licentia tectis,*
e. reduxit, C. *Si reducem dominum ſors improuiſa [e] reuexit,*
*Hærent attoniti, libertatemque peroſus*
*Conſcia ſeruilis præcordia concutit horror.*
*Sic ducis adſpectu cuncti ſtupuere rebelles,*
*Inque vno princeps Latiumque, & tota refulſit*
*Roma viro. frons læta parum, non triſtior æquo,*
*Non deiecta malis, miſta ſed nobilis ira.*
*Qualis in Herculeo, quoties infanda iubebat*
*Euryſtheus,*

Ayuntamiento de Madrid

Euryſtheùs, fuit ore dolor: vel qualis in atram
Sollicitus nubem mæſto Ioue cogitur æther.
Tantáne vos, inquit, Getici fiducia belli
Erigit? hinc animo fruſtra tumuiſtis inani?
Non ita Romanum fati violentia nomen
Opprimit, vt veſtros nequeant punire tumultus,
Parte ſui. neu vos longè ſermone petito
Demorer, exemplum veteris cognoſcite [f] facti. f. fati. X.
Cùm ferus Auſonias perfringeret Hannibal arces,
Et Trebiam [g] ſæuo geminaſſent funere Cannæ, g. ſocio X.
Nequidquã Emathiũ pepulit ſpes vana Philippũ,
Vt velut afflictos ferro tentaret inerti.
Romanos commouit atrox iniuria patres,
Vrgerent maiora licet, grauiterque tulere
Vrbibus inter ſe claris de culmine rerum
Congreſſis, aliquid gentes audere minores.
Nec pœnam differre placet; ſed bella gerenti
Punica Leuino Regis quoque prælia mandant.
Paruit imperiis Conſul, fuſuſque Philippus,
Vilia dum grauibus populis interſerit arma,
Prætereunte manu, didicit non eſſe potentum
Tentandas, mediis quamuis in luctibus, iras,
Hoc monitu pariter naſcentia bella repreſſit,
Et bello quæſiuit opes, legitque precantes
Auxilio, menſus numerum qui congruus eſſet,
Nec grauis Italiæ, formidandúſue regenti.
Nec minus accepto noſtræ rumore cohortes
(Sic ducis vrget amor) properantibus vndiq. ſignis
Conueniunt, viſóque animi Stilicone recepti
Singultus varios, lacrymoſáque gaudia miſcent.
Sic armenta boum, vaſtis quæ turbida ſiluis
Spargit hiems, cantus & ſibila nota magiſtri

Certatim

Ayuntamiento de Madrid

*Certatim repetunt, vel notæ paſcua vallis,*
*In'que vicem ſe voce regunt, gaudentq́ue fideles*
*Reddere mugitus, & quà ſonus attigit aurem,*
*Rara per obſcuras apparent cornua frondes.*
*Accurrit vicina manus, quam Rhætia nuper*
*Vindelicis auctam ſpoliis defenſa probauit.*
*Venit & extremis legio prætenta Britannis,*
*Quæ Scoto dat frena truci, ferroq́ue notatas*
*Perlegit* [i] *exanimes Picto moriente figuras.*
*Agmina quin etiam flauis obiecta Sicambris,* (*ſcos,*
*Quæ'que domant* [k] *Cattos, immãſuetosq́. Cheru-*
*Huc omnes vertêre minas, tutúmque remotis*
*Excubiis Rhenum ſolo terrore relinquunt.*
*Vlláne poſteritas credet? Germania quondam*
*Illa ferox populis, quæ vix inſtantibus olim*
*Principibus tota* [l] *poterat cum mole teneri,*
*Iam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis,*
*Vt nec præſidiis nudato limite tentet*
*Expoſitum calcare ſolum, nec tranſeat amnem,*
*Incuſtoditam metuens attingere ripam.*
*Celſior ô cunctis, vniq́ue æquande Camillo;*
*Veſtris namque armis Alarici fracta quieuit*
*Ac Brenni rabies: confuſis rebus vterque*
*Diuinam tribuiſtis opem. ſed tardior ille*
*Iam captæ vindex patriæ; tu ſoſpitis vltor.*
*O quantum mutata tuo fortuna regreſſu!*
*Vt ſeſe pariter* [m] *diffudit in omnia regni*
*Membra vigor, viuusq́. redit calor vrbibus ęgris!*
*Creditur Herculeis lucem renouaſſe lacertis*
*Femina, dilecti fatis impenſa mariti.*
*Et iuuenem ſpretæ laniatum fraude nouercæ,*
*Non ſine Circæis Latonia reddidit herbis,*

*Cretaque*

i. exſangues C.
k. *Sic lego. non* Scinthos, *vt vulgati libri: non* Citos, *vt Aldus.*
l. potuit P.
m. diffundit. C. I.

Cretáque, ſi verax narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire ſepulcro:
Quem ſenior vates auium clangore repertum
Gramine reſtituit: miræ nam munere ſortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.
At tuus aduentus non vnum corpus ab Vmbris,
Sed tot communi populos ſub morte iacentes,
Totaq́ue Tartareis è faucibus oppida traxit,
n Ipſo Roma die nec adhuc oſtenditur auctor. n. Ipſa P. C. I.
Perſonuit veniſſe ducem, lætiq́ue Quirites
Vocibus auſpicium certi plauſere triumphi,
Muniti Stilicone ſuo. quis gaudia verò
Principis, amplexus alacris quis diſſerat aulæ?
Pulueris ambiguam nubem ſpeculamur ab altis
Turribus, incerti ſocios apportet an hoſtes,
Ille globus. mentem ſuſpenſa ſilentia librant,
Donec puluereo ſub turbine ſideris inſtar
Emicuit Stiliconis apex, & cognita fulſit
Canities. gauiſa repens per mœnia clamor
Tollitur, ipſe venit: portas ſecura per omnes
Turba ſalutatis effunditur obuia ſignis.
Non iam delectus miſeri, nec falce per agros
Depoſita, iaculum vibrans ignobile meſſor.
Non tentat clypeum proiectis ſumere raſtris
Bellona ridente Ceres, humiliſq́ue nouorum
Seditio clamoſa ducum: ſed vera iuuentus,
Verus ductor adeſt, & viuida Martis imago.
Proſpera ſed quantum noſtræ ſpes addita menti,
Tantum exemta Getæ: qui vertice proximus aſtris
Poſt Alpes iam cuncta ſibi promittit apertas,
Nil ſupereſſe ratus, poſtquam tot flumina pulſis,
Cinctaq́ue fluminibus crebris tot mœnia cernit.

Tot ſubitò

Ayuntamiento de Madrid

Tot ſubito pedites, equitum tot conſpicit alas,
Seque velut clauſum laqueis ſub pectore furtim,
Æſtuat, & nimium prono feruore petitæ
Iam piget Italiæ, ſperataque Roma teneri
Viſa procul. magni ſubeunt iam tædia cœpti.
Occultat tamen ore metum, primóſque ſuorum
Conſultare iubet bellis, annisque verendos.
Crinigeri ſedere patres, pellita Getarum
Curia: quos plagis decorat numeroſa cicatrix,
Et tremulos regit haſta gradus, & nititur altis
Pro baculo contis non exarmata ſenectus.
Hic aliquis grauior natu, cui plurima dictis,
Conſiliiſque fides, defixus lumina terræ,
Concutienſque comam, capuloque accliuis eburno,
Si numero non fallor, ait, triceſima currit
Bruma ferè, rapidũ poſtquã tranſnauimus Iſtrum,
Romanamque manum tantis [a] eludimus annis:
a. eluſimus C. Sed numquam Mauors adeò conſtrinxit in arctum
Res Alarice tuas: per tot certamina docto
Crede ſeni, qui te tenero vice patris ab æuo
Geſtatum parua ſolitus donare pharetra,
Atque aptare breues humeris puerilibus arcus.
Sæpe quidem fruſtra monui, ſeruator vt icti
Fœderis Emathia tutus tellure maneres:
Sed quoniam calidæ rapuit te flama iuuentæ,
Nunc ſaltem, ſi cura tibi manet vlla tuorum,
His clauſtris euade precor, dumque agmina longè,
Dum licet, Heſperiis præceps elabere terris,
Ne noua prædari cupiens, & parta reponas,
Paſtorique lupus ſcelerum delicta priorum
Intra ſepta luas. quid palmitis vber Etruſci,
Quid mihi neſcio quã proprio cum Thybride Romã



Ayuntamiento de Madrid

Semper in ore geris? referunt ſi vera parentes,
Hanc vrbem inſano nullus qui Marte petiuit
Lætatus violaſſe redit: nec Numina ſedem
Deſtituunt, iactata procul dicuntur in hoſtem
Fulmina, diuinique volant pro mœnibus ignes,
Seu cælum, ſeu Roma tonat. ſi temnis Olympum,
A` magno Stilicone caue: qui ſemper iniquos
Fortuna famulante premit. ſcis ipſe peroſus
Arcadiæ quàm denſa [a] iugis cumulauerit oſſa. a. rogis P. C. I.
Sanguine quàm largo Graios calefecerit amnes,
Exſtinctusque fores, ni te ſub nomine legum
Proditio, regnique fauor texiſſet Eoi.
Talia grandæuum flammata fronte loquentem,
Obliquiſque tuens oculis non pertulit vltra;
Sed rupit rapidas accenſa ſuperbia voces.
Si non mentis inops, fraudataq. [b] menſibus ætas b. ſenſibus P.C.I.
Præberet veniam, numquam hæc opprobria linguæ
Turpia Danubius me ſoſpite ferret inultus.
An'ne tot Auguſtos Hebro qui teſte fugaui,
Te patiar ſuadente fugam, cùm ceſſerit omnis
Obſequiis natura meis? ſubſidere noſtris
Sub pedibus montes, areſcere vidimus amnes.
Non ita Dij Getici faciant, Maneſque parentum,
Vt mea conuerſo [c] relegam veſtigia curſu. c. relegant P.C.
Hanc ego vel [d] regno victor, vel morte tenebo d. victor regno, P. C.I.
Victus humum. per tot populos, vrbeſque cucurri,
Fregi Alpes, galeiſque Padum victricibus hauſi.
Quid reſtat niſi Roma mihi? gens robore noſtra
Tunc quoque pollebat, nullis cùm fideret armis.
At nunc Illyrici poſtquam mihi tradita iura,
Meque ſuum fecere ducem; tot tela, tot enſes,
Tot galeas multo Thracum ſudore paraui,

Inque

Ayuntamiento de Madrid

*In'que meos vſus veſtigal vertere ferri,*
*Oppida legitimo iuſſu Romana coëgi.*
*Sic me fata fouent : ipſi , quos omnibus annis*
*Vaſtabam , ſeruire dati. nocitura gementes*
*Arma dabunt , flamiſque diu mollitus ; & arte*
*In ſua damna chalybs , ſabro lugente rubebit.*
*Hortantes his adde Deos. non ſomnia nobis ( eſt.*
g. edita C. I. *Nec volucres ; ſed clara palàm vox g reddita luco*
*Rumpe omnes Alarice moras ; hoc impiger anno*
*Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad vrbem.*
*Huc iter vſque datur. quis iam poſt talia ſegnis*
*Ambigat ; aut cælo dubitet parêre vocanti?*
*Sic ait , hortatúrque ſuos , belloque , viaque*
*Inſtruit : attollunt vanos oracula faſtus.*
*O ſemper tacita ſortes ambage malignæ*
*Euentúque patens , & noxia vatibus ipſis*
h. ſera P. C. I. *Veri h ſacra fides. Ligurum regione ſuprema*
*Peruenit ad fluuium miri cognominis vrbem,*
*Atque illic domitus vix tandem interprete caſu*
*Agnouit dubiis illuſa vocabula fatis.*
*Nec non & Stilico pugnam poſcentia mouit*
*Pleno caſtra gradu , dictiſque inſtigat euntes.*
*Nunc nunc ô ſocij temeratæ ſumite tandem*
*Italiæ pœnas , obſeſſi principis armis*
*Excuſate nefas , deploratumque Timauo*
*Vulnus , & Alpinum gladiis abolete pudorem.*
*Hic eſt , quem toties campis fudiſtis Achiuis ;*
*Quem diſcors , odiiſque anceps ciuilibus orbis ,*
*Non ſua vis tutata diu , dum fœdera fallax*
*Ludit , & alternæ periuria vindicat aulæ.*
*Credite nunc omnes , quas dira Britannia , gentes ,*
*Quas Iſter , quas Rhenus alit , pendere paratas*
*In ſpecu-*

Ayuntamiento de Madrid

*In ſpeculis. vno tot prælia vincite bello,*
*Romanum reparate decus, molémque labantis*
*Imperij fulcite humeris. hic omnia campus*
*Vindicat: hæc mundo pacem victoria ſancit.*
*Non in Threiciis Aemi decernimus oris:*
*Nec ſuper Alpheas vmbrantia Mænala ripas*
*Conſtitimus, non heic Tegean, Argóſque tuemur.*
*Viſceribus mediis, ipſóque in corde videtis*
*Bella geri. patrem clypeis defendite Thybrim.*
*Talia nunc pediti turmæ, nunc miſtus equeſtri*
*Dicta dabat, ſimul externis* g *præcepta ferebat* g. edicta B.
*Auxiliis. ibat patiens ditionis Alanus,*
*Quà noſtræ iuſſere tubæ: mortémque petendam*
*Pro Latio docuit gentis præclarus Alanæ;*
*Cui natura breues animis ingentibus artus*
*Finxerat, immanîque oculos infecerat ira.*
*Vulneribus pars nulla vacat, reciſáque cunctis*
*Gloria fœdati ſplendet iactantior oris.*
*Ille tamen mandante procul Stilicone citatis*
h *Acceleratur equis, Italámque momordit arenam* h. Accelerauit P. C. I.
*Felix, Eliſiiſq; plagis, & carmine dignus,*
*Qui malè ſuſpectam nobis impenſius arſit*
*Vel letho purgare fidem: qui iudice ferro*
*Diluit immeritum laudato ſanguine crimen.*
*Morte viri turbatus eques flectebat habenas:*
*Totáque præciſo mutaſſent agmina cornu,*
*Ni celer inſtructa Stilico legione ſecutus*
*Subſidiis peditum pugnam inſtauraſſet equeſtrem.*
*Quis Muſis, ipſóque licet Pæane recepto*
*Enarrare queat, quantum Gradiuus in illa*
*Luce ſuæ dederit fundator originis vrbi?*

L *Altius*

Ayuntamiento de Madrid

*Altiùs haud vmquam toto deſcendimus enſe*
*In iugulum Scythiæ; tanta nec clade ſuperbum*
*Contudimus Tanaim, vel cornua fregimus Iſtri.*
*Inuiſum miles ſitiens haurire cruorem,*
*Per varias veſtes, oneratáque plauſtra metallo,*
*Tranſit, & argenti cumulos, & cædis auarus*
*Contemtas proculcat opes. pretioſior auro*
*Sanguis erat. paſſim neglecti prodiga lucri*
*Ira furens ſtrictis odium mucronibus explet.*
*Purpureos cultus, aſſumtas igne valentes*
*Exuuias, miſeriſque graues crateras ab Argis,*
*Raptáque flagranti ſpirantia ſigna Corintho*
*Callidus ante pedes venientibus obiicit hoſtis*
*Incaſſum; neque enim feralis præda moratur,*
*Sed iuſtos præbent ſtimulos monumenta doloris.*
*Aſſeritur ferro captiuum vulgus, & omnes*
*Diuerſæ vocis populi, quos traxerat hoſtis*
*Seruitio, tandem dominorum ſtrage redemti,*
*Blanda cruentatis affigunt oſcula dextris,*
*Deſertoſque Lares, & pignora læta reuiſunt.*
*Miratur ſua quemque domus, cladéſque renarrant*
i. Ordine, cùm grati C. — *[i] Ordine cognati, referunt miracula belli.*
*Quis tibi [k] nunc Alarice dolor? cùm Marte perirent*
k. tunc C.I. — *Diuitiæ, ſpoliiſque diu quæſita ſupellex,*
*Pulſaretque tuas vlulatus coniugis aures;*
*Coniugis, inuicto dudum quæ freta marito*
*Demens Auſonidum gemmata monilia matrum,*
l. parabat B. — *Romanaſque altæ famulas ceruice [l] petebat.*
*Scilicet Argolicas, Ephyreiadeſque puellas*
*Cœperat, & pulcras iam faſtidire Lacænas.*
*Sed Dea, quæ nimiis obſtat Rhamnuſia votis,*
*Ingemuit, flexitque rotam. domat aſpera victos*

Paupe-

Ayuntamiento de Madrid

Pauperies, vnoq́ue die Romana rependit,
Quidquid ter denis acies amiſimus annis.
O celebranda mihi cunctis Pollentia ſæclis:
O meritum nomen felicibus apta triumphis:
Virtutis fatale ſolum; memorabile buſtum
Barbariæ. nam ſæpe locis, ac finibus illis
Plena laceſſito rediit vindicta Quirino.
Illic Oceani ſtagnis excita ſupremis
Cimbrica tempeſtas, aliasq́ue immiſſa per Alpes
Hiſdem procubuit campis. iam protinus ætas
Adueniens [m] geminæ gentis permiſceat oſſa, m. Geticæ B.
Et duplices ſignet titulos, commune tropæum.
Heic Cimbros, forteſq́ue Getas Stilicone peremtos
Et Mario, claris ducibus tegit Itala tellus.
Diſcite veſanæ Romam non temnere gentes.

## CL. CLAVDIANI IN TERTIVM CONSVLATVM HONORII AVGVSTI

### PRAEFATIO.

PARVOS non aquilis fas eſt educere fetus,
Ante fidem Solis, iudiciúmque poli:
Nam pater excuſſo ſaliit cùm germine proles,
Ouaq́ue maternus rupit hiulca tepor:
Protinus implumes conuertit ad æthera nidos, a. Nitorum P. C. I.
Et recto flamas imperat ore pati.
Conſulit ardentes radios, & luce magiſtra b. Degeneres C.I. Degenerem P,
[a] Naturam, vires, ingeniumq́ue probat.
[b] Degener & refugo torſit qui lumine viſus,

*Vnguibus hunc ſæuis ira paterna ferit.*
*Exploratores oculis qui pertulit ignes,*
*Suſtinuítque acie nobiliore diem;*
*Nutritur, volucrumq́ue potens, & fulminis heres,*
*Geſturus ſummo tela triſulca Ioui.*
*Me quoque Pieriis tentatum ſæpius antris*
*Audet magna ſuo mittere Roma Deo.*
c. arces, B. *Iam dominas* [c] *aures, iam regia tecta meremur,*
*Et chelys Auguſto iudice noſtra ſonat.*

## CL. CLAVDIANI DE TERTIO CONSVLATV HONORII AVGVSTI PANEGYRIS.

*TErtia Romulei ſumant exordia faſces,*
d. pompa P.C.I. *Terq́ue tuas ducat bellatrix* [d] *Roma curules.*
*Feſtior annus eat, cinctuſq́ue imitata Gabinos,*
*Diues Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis.*
*Succedant armis trabeæ, tentoria lictor*
*Ambiat, & Latiæ redeant ad ſigna ſecures.*
e. Latium B. Tu quoque qui pat. C. *Tuq́ue ô qui* [e] *patrium curis æqualibus orbem*
*Eoo cum fratre regis, procede ſecundis*
*Alitibus, Phœbiq́ue nouos ordire meatus,*
*Spes, votumq́ue poli, quem primo à limine vitæ*
*Nutrix aula fouet: ſtrictis quem fulgida telis*
*Inter laurigeros aluerunt caſtra triumphos.*
*Ardua priuatos neſcit fortuna Penates,*
f. regnum P.C.I. *Et* [f] *regimen cum luce dedit. cognata poteſtas*

*Ex-*

*Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro,*
*Luſtrauitque tuos aquilis victricibus ortus*
*Miles, & in mediis* [g] *cunabula præbuit haſtis.* g. venabula P.
*Te naſcente ferox toto Germania Rheno*
*Intremuit, mouitque ſuas formidine ſiluas*
*Caucaſus, & poſitis Numen confeſſa pharetris,*
*Ignauus Meroë traxit de crine ſagittas.*
*Reptaſti per* [h] *ſigna puer, Regumque* [i] *feroces* h. ſcuta P. C.I.
*Exuuiæ tibi ludus erant, primuſque ſolebas* i. recentes P.C.I.
*Aſpera complecti tornum poſt prælia patrem,*
*Signa triumphato quoties flexiſſet ab Iſtro*
*Arctoa de ſtrage calens, & poſcere* [k] *patrem* k. partem B.
*De ſpoliis Scythicos arcus, aut rapta Gelonis*
*Cingula, vel iaculum Daci, vel frena Sueui.*
*Ille coruſcanti clypeo te ſæpe volentem*
*Suſtulit arridens, & pectore preſſit anhelo*
*Intrepidum ferri, galeæ nec triſte timentem*
*Fulgur, & ad ſummas tendentem brachia criſtas.*
*Tunc ſic lætus ait: Rex ô ſtellantis Olympi*
*Talis perdomito redeat mihi filius hoſte,*
*Hyrcanas populatus opes, aut cæde ſuperbus*
*Aſſyria: ſic enſe rubens, ſic flamine crebro*
*Turbidus, & grato reſperſus puluere belli,*
*Armáque gauiſo referat captiua parenti.*
*Mox vbi firmaſti recto veſtigia greſſu,*
*Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu*
*Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes:*
*Sed noua per duros inſtruxit membra labores,*
*Et cruda teneras exercuit indole vires.*
*Frigora ſæua pati, grauibus non cedere nimbis,*
*Aeſtiuum tolerare iubar, tranſnare ſonoras*
*Torrentum furias, adſcenſu vincere montes,*



Ayuntamiento de Madrid

Planitiem curſu, valles, & concaua ſaltu.
Nec non in clypeo vigiles [a] perducere noctes,
In galea portare niues, nunc ſpicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari ſpargere funda:
Quóque magis nimium pugnæ inflamaret amorem,
Facta tui numerabat aui, quem litus aduſtæ
Horreſcit Libyæ, ratibúſque imperuia Thule.
Ille leues Mauros, nec falſo nomine Pictos
Edomuit, Scotúmque [b] vago mucrone ſecutus,
Fregit Hyperboreas remis audacibus vndas,
Et geminis fulgens vtroque ſub axe tropæis,
Tethyos alternæ reſluas calcauit arenas.
Hos tibi virtutum ſtimulos, hæc ſemina laudum,
Hæc exempla dabat. non ocyus hauſit Achilles
Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,
Siue lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.
Interea turbata fides, ciuilia rurſus
Bella tonant, dubiúmque quatit diſcordia mundum.
Prô crimen Superûm, longi prô dedecus æui,
Barbarus Heſperias exſul poſſederat vrbes,
Sceptráque detecto dederat Romana clienti.
Iam princeps molitur iter, gentéſque remotas
Colligit Auroræ, tumidus quaſcumque pererrat
Euphrates, quas luſtrat Halys, quas ditat Orontes.
Turiferos [c] Arabes ſaltus, vada Caſpia Medi,
Armenij Phaſin, Parthi liquere Niphaten.
Quæ tibi tunc Martis rabies, quantúſq; ſequendi
Ardor erat? quanto flagrabant pectora voto,
Optatas audire tubas, campíque cruenta
Tempeſtate frui, truncíſque immergere plantas?
Vt Leo, quem fuluæ matris ſpelunca tegebat,
Vberibus ſolitum paſci, cùm creſcere ſenſit
Vngue

[a] producere C. I.
[b] vagũ B.
[c] ſaltus Arabes, I.

Ayuntamiento de Madrid

*Vngue pedes, & terga iubis, & dentibus ora;*
*Iam negat imbelles epulas, & rupe relicta*
*Gætulo comes ire patri, ſtabuliſq́ue minari*
*Aeſtuat, & cæſi terga abſorbere iuuenci.*
*Ille vetat, verumq́ue tibi commendat habenas,*
*Et ſacro meritos ornat diademate crines,*
*Tantáque ſe [d] pietas rudibus oſtentat in annis.*
*Sic ætas animo ceſſit, quererentur vt omnes*
*Imperium tibi ſerò datum. victoria velox*
*Auſpiciis effecta tuis. pugnaſtis vterque:*
*Tu fatis, genitorq́ue manu. te propter & Alpes*
*Inuadit faciles. cauto nec profuit hoſti*
*Munitis hæſiſſe locis, ſpes irrita valli*
*Concidit, & ſcopulis patuerunt clauſtra reuulſis.*
*Te propter gelidis Aquilo de monte procellis*
*Obruit aduerſas acies, reuolutáque tela*
*Vertit in auctores, & turbine reppulit haſtas.*
*O nimiùm dilecte Deo, cui fundit ab antris*
*Aeolus armatas hiemes; cui militat æther,*
*Et coniurati veniunt ad claſſica venti.*
*Alpinæ rubuere niues, & frigidus amnis*
*Mutatis fumauit aquis, turbaq́ue cadentum*
*Staret, ni rapidus iuuiſſet flumina ſanguis.*
*At ferus inuentor ſcelerum traiecerat altum*
*Non vno mucrone latus, duplexq́ue tepebat*
*Enſis, & vltrices in ſe conuerterat iras,*
*Tandem iuſta manus. iam libertate reducta*
*Quamuis emeritum peteret natura reuerti*
*Numen, & auratas aſtrorum panderet arces,*
*Nutaretq́ue oneri venturo conſcius Atlas,*
*Diſtulit Auguſtus cupido ſe reddere cælo,*
*Dum tibi pacatum præſenti traderet orbem.*

d. rudibus pietas oſtendit P.C.I.

Threicijs



*Nec mora, Biſtoniis alacer conſurgis ab oris,*
*Inter Barbaricas auſus tranſire cohortes.*
*Impauido vultu linquis Rhodopeia ſaxa*
*Orpheis animata modis: iuga deſeris Oetes*
*Herculeo damnata rogo: poſt Pelion intras*
*Nereis illuſtre choris. te pulcer Enipeus*
*Celſaque Dodone ſtupuit, rurſusque locutæ*
*In te Chaoniæ mouerunt carmina quercus.*
*Illyrici legitur plaga litoris: arua teruntur*
*Dalmatiæ: Phrygii numerantur ſtagna Timaui.*
*Gaudent Italiæ ſublimibus oppida muris*
*Aduentu ſacrata tuo. ſubmiſſus adorat*
*Eridanus, blandosque iubet miteſcere fluctus,*
*Et Phaëtonteas ſolitæ deflere ruinas*
*Roſcida frondoſæ reuocant electra ſorores.*
*Quanti tum iuuenes, quantæ ſpreuere pudorem*
*Spectandi ſtudio matres, puerisque ſeueri*
*Certauere ſenes, cùm tu genitoris amico*
*Exceptus gremio mediam veherere per vrbem,*
*Velaretque pios communis laurea currus.*
*Quis non Luciferum roſeo cum Sole videri*
*Credidit, aut iunctum Bromio radiare Tonantem?*
c. Floret B. [c] *Feruet criſtatis exercitus vndique turmis,*
*Quiſque ſua te voce canens præſtringit aëna*
*Lux oculos, nudique ſeges Mauortia ferri*
*Ingeminat ſplendore diem. pars nobilis arcu,*
*Pars longè iaculis, pars cominus horrida contis.*
*Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum*
*Colla leuant, multusque tumet per nubila ſerpens*
*Iratus ſtimulante Noto, viuitque receptis*
*Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.*
*Vt ventum ad ſedes; cunctos diſcedere tectis*

Dux

Dux iubet, & generum compellat talibus vltro.
Bellipotens Stilico, cuius mihi robur in armis,
Pace probata fides. quid enim per prælia geſſi
Te ſine? quem merui te nō[a] ſuadente triumphum? a. ſudante P.C.I.
Odryſium pariter Getico fœdauimus Hebrum
Sanguine,[b] Dalmaticas pariter proſtrauimus alas, b. Sarmaticas B.
Ripæaque ſimul feſſos porreximus artus
In glacie, ſtantemque rota ſulcauimus Iſtrum.
Ergo age, me quoniam cæleſtis regia poſcit,
Tu curis ſuccede meis, tu pignora ſolus
Noſtra foue, geminos dextra tu protege fratres.
Per conſanguineos thalamos, noctemque beatam,
Per tædas, quas ipſa tuo Regina leuauit
Coniugio, ſociáque virum produxit ab aula,
Indue mente patrem, creſcentes[c] dilige fetus c. dirige B.
Vt ducis, vt ſoceri. iam iam ſecurus ad aſtra
Te cuſtode ferar. rupta ſi mole Typhoeus
[d] Vndis proſiliat, Tityus ſi membra reſoluat, d. Vinclis B.
Si furor Enceladi proiecta mugiat Ætna,
Oppoſito Stilicone cadent. nec plura locutus
Sicut erat liquido ſignauit tramite nubes,
Ingrediturque globum Lunæ, lumenque reliquit
Arcadis, & Veneris clementes peruolat auras.
Hinc Phœbi permenſus iter, flamamque nocentem
Gradiui, placidumque Iouem, ſtetit arce ſuprema
Algenti, qua zona riget Saturnia tractu.
Machina laxatur cæli, rutilæque pateſcunt
Sponte fores, Arctoa parat conuexa Bootes,
Auſtrales reſerat portas ſuccinctus Orion,
Inuitantque nouum ſidus, pendentque viciſſim
Quas partes velit ille ſequi, quibus eſſe ſodalis



Ayuntamiento de Madrid

c. morari. P.C. Dignetur ſtellis, aut qua regione [c] moueri
O decus ætherium, terrarum gloria quondam,
d. lapſum P. Te tuus Oceanus natali gurgite [d] laſſum
Excipit, & notis Hiſpania proluit vndis.
Fortunate parens, primos cùm detegis ortus,
Adſpicis Arcadium: cùm te procliuior vrges,
Occiduum viſus remoratur Honorius ignem,
Et quocunque vagos flectis ſub cardine curſus,
Natorum per regna venis, qui mente ſerena,
Maturóque regunt iunctas moderamine gentes;
Sæcula qui rurſus formant meliore metallo.
Luget auarities Stygiis innexa catenis,
Cumque ſuo demens expellitur ambitus auro.
Non dominantur opes: non corrumpentia ſenſus
Dona valent: emitur ſola virtute poteſtas.
Vnanimi fratres, quorum mare, terráque fatis
Debentur: quodcumque manus euaſit auitas,
Quod ſupereſt patri, vobis iam Mulciber arma
Præparat, & Sicula Cyclops incude laborat.
Brontes innumeris exaſperat ægida ſignis.
Altum fulminea criſpare in caſſide conum
Feſtinat Steropes, nectit thoraca Pyracmon,
Ignifluiſque gemit Lipare fumoſa cauernis.
Vobis Ionia virides Neptunus in alga
Nutrit equos: qui ſumma freti per cærula poſſint
Ferre viam, ſegetémque leui percurrere motu,
Neſciat vt ſpumas, nec proterat vngula culmos.
e. Iamque videt B. [e] Iam video Babylona rapi, Parthumque coactum
Non ficta trepidare fuga: iam Bactra teneri
Legibus, & famulis Gangem palleſcere ripis,
Gemmatóſque humilem diſpergere Perſida cultus.
Ite per extremum Tanaim, pigróſque Triones:

Ite

*Ite per ardentem Libyam. ſuperate vapores*
*Solis, & arcanos Nili deprendite fontes.*
*Herculeum finem, Bacchi tranſcurrite metas.*
*Veſtri iuris erit quidquid complectitur axis.*
*Vobis rubra dabunt pretioſas æquora conchas,*
*Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres.*

## CL. CLAVDIANI DE QVARTO CONSVLATV HONORII AVGVSTI PANEGYRIS.

*AVſpiciis iterum ſeſe regalibus annus*
*Induit, & nota fruitur iactantior aula.*
*Limina nec[a] paſſi circum priuata morari* a. paſſim P.I.
*Exſultant reduces Auguſto Conſule faſces.*
*Cernis vt armorum proceres, legúmque potentes*
*Patricios ſumunt habitus, & more Gabino*
*Diſcolor incedit legio, poſitiſque parumper*
*Bellorum ſignis, ſequitur vexilla Quirini.*
*Lictori cedunt aquilæ, ridétque togatus*
*Miles, & in mediis effulget Curia caſtris.*
*Ipſa Palatino circumuallata Senatu*
*Iam trabeam Bellona gerit, parmámque remouit*
*Et galeam, ſacras humeris vectura curules.*
*Nec te laurigeras pudeat Gradiue ſecures*
*Pacata geſtare manu, Latiáque micantem*
*Loricam mutare toga, dum ferreus hæret*
*Currus, & Eridani ludunt per prata iugales.*
*Haud indigna coli, nec nuper cognita Marti*

*Vlpia progenies, & quæ diademata mundo*
b. aula B. *Sparſit, Ibera domus: nec tantam vilior* [b] *vnda*
*Promeruit ſeriem gentis. cunabula fouit*
*Oceanus: terræ dominos, pelagíque futuros,*
*Immenſo decuit rerum de principe naſci.*
*Hinc proceſſit auus: cui, poſt Arctoa frementi*
*Claſſica, Maſſylas annexuit Africa lauros.*
*Ille, Caledoniis poſuit qui caſtra pruinis,*
*Qui medio Libyæ ſub caſſide pertulit æſtus,*
*Terribilis Mauro, debellatorque Britanni*
*Litoris, ac pariter Boreæ vaſtator, & Auſtri.*
c. frigora P.C.I. *Quid rigor æternus, cæli quid* [c] *ſidera proſunt,*
*Ignotúmque fretum? maduerunt Saxone fuſo*
*Orcades: incaluit Pictorum ſanguine Thule:*
d. Iuerne. *Scotorum cumulos fleuit glacialis* [d] *Hiberne.*
*Quis calor obſiſtit forti? per vaſta cucurrit*
*Aethiopum, cinxitque nouis Atlanta maniplis.*
*Virgineum Tritona bibit, ſparſoſque venenis*
*Gorgoneos vidit thalamos & vile virentes*
*Heſperidum riſit, quos ditat fabula ramos.*
*Arx incenſa Iubæ, rabies Mauruſia ferro*
*Ceſſit, & antiqui penetralia diruta Bocchi.*
*Sed laudes genitor longè tranſgreſſus auitas,*
*Subdidit Oceanum ſceptris, & margine cæli*
*Clauſit opes: quantum diſtant à Tigride Gades,*
*Inter ſe Tanais quantum, Nilúſque relinquunt.*
*Hæc tamen innumeris per ſe quæſita tropæis,*
e. potitur. C.I. *Non generis dono, non ambitione* [e] *potitus.*
*Digna legi virtus, vltro ſe purpura ſupplex*
*Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.*
*Nam cùm Barbaries penitus commota gementem*
*Irrueret Rhodopen, & miſto turbine gentes*

*Iam*

Ayuntamiento de Madrid

*Iam deſerta ſuas in nos transfunderet Arctos,*
*Danubij totæ vomerent cùm prælia ripæ,*
*Cùm Geticis ingens premeretur Myſia plauſtris,*
*Flauaque Biſtonios reperirent agmina campos:*
*Omnibus afflictis, & vel labentibus ictu,*
*Vel propè caſuris, vnus tot funera contra*
*Reſtitit, exſtinxitque faces,* [a] *agroſque colonis*
*Reddidit, & lethi rapuit de faucibus vrbes.*
*Nulla relicta foret Romani nominis vmbra,*
*Ni pater ille tuus iam iam ruitura ſubiſſet*
*Pondera, turbatamque ratem, certaque leuaſſet*
*Naufragium commune manu. velut ordine rupto,*
*Cùm procul inſanæ traheret Phaëtonta quadrigæ,*
*Sæuiretque dies, terramque & ſtagna propinqui*
*Haurirent radij, ſolito cum murmure* [b] *toruus*
*Sol occurrit equis: qui poſtquam rurſus heriles*
*Agnouere ſonos; rediit meliore magiſtro*
*Machina concentuſque poli,* [c] *rurſuſque recepit*
*Imperium, flammæque modum. ſic traditur illi,*
*Seruaturque Oriens. at non pars altera rerum*
*Tradita, bis poſſeſſa manu, bis parta periclis.*
*Per varium gemini ſcelus erupere tyranni*
*Tractibus occiduis, hunc ſæua Britannia fudit,*
*Hunc ſibi Germanus famulum delegerat, exſul.*
*Auſus vterque nefas, domini reſperſus vterque*
*Inſontis iugulo. nouitas audere priori*
*Suadebat, tantúmque dabant exempla ſequenti.*
*Hic noua moliri præceps: hic quærere tuta*
*Prouidus. hic fuſis, collectis viribus ille.*
*Hic vagus excurrens: hic inter clauſtra reductus.*
*Diſſimiles: ſed morte pares. euadere neutri*
*Dedecus, aut miſtis licuit procumbere telis.*

a. agriſque colonos P.C.
b. toruis P.
c. curruſque B.

*Amiſſa ſpecie, raptiſque inſignibus, ambo*
*In vultus rediere ſuos, manibúſque reuinctis*
*Oblati, gladiis ſubmittunt colla paratis,*
*Et vitam veniámque rogant. prò damna pudoris!*
*Qui modò tam denſas nutu mouere cohortes,*
*In quos iam dubius ſeſe librauerat orbis,*
*Non hoſtes victore cadunt; ſed iudice ſontes*
*Damnat voce reos petiit quos Marte tyrannos,*
*Amborum periere duces. hic ſponte carina*
*Decidit in fluctus: illum ſuus abſtulit enſis.*
*Hunc Alpes, hunc Pontus habet. ſolatia cæſis*
*Fratribus hæc vltor tribuit. necis auctor vterque*
*Labitur; auguſtas par victima mitigat Vmbras.*
*Has dedit inferias tumulis, iuuenúmque duorum*
*Purpureos merito placauit ſanguine Manes.*
*Illi iuſtitiam confirmauere triumpho;*
*Præſentes docuere Deos. hinc ſæcula diſcant,*
*Indomitum nihil eſſe pio, tutúmue nocenti.*
a. ſui P.C. 1. *Nuntius ipſe* a *ſuis longas incognitus egit*
*Præuento rumore vias, inopinus vtrumque*
*Perculit, & clauſos montes, vt plana, reliquit.*
*Exſtruite immanes ſcopulos, attollite turres,*
*Cingite vos fluuiis, vaſtas opponite ſiluas,*
*Garganum Alpinis, Apenninúmque niualem,*
*Permiſtis ſociate iugis, & rupibus Aemum*
*Addite Caucaſiis: inuoluite Pelion Oſſæ:*
*Non dabitis murum ſceleri. qui vindicat, ibit.*
*Omnia ſubſident meliori peruia cauſſæ.*
*Nec tamen oblitus ciuem, cedentibus atrox*
*Partibus infremuit. non inſultare iacenti*
*Malebat: mitis precibus, pietatis abundans,*
*Pœne parcus erat: parci non intulit iram.*



Ayuntamiento de Madrid

Poſt acies odiis idem, qui terminus armis.
Profuit hoc vincente capi, multoſque ſubactos
Aſpera laturæ commendauere [b] catenæ. b. catenæ. B.
Magnarum largitor opum, largitor honorum
Pronus, & in melius gaudens conuertere fata.
Hinc amor, hinc validum deuoto milite robur;
Hinc natis manſura fides. hoc nobilis ortu
Naſceris, æquæua cum maieſtate creatus,
Nulláque priuatæ paſſus contagia ſortis.
Omnibus acceptis vltro te regia ſolum
Protulit, & patrio felix adoleſcis in oſtro,
Membráque veſtitu numquam [c] temerata profano c. violata B.
In ſacros cecidere ſinus. Hiſpania patrem
Auriferis eduxit aquis: te gaudet alumno
Boſporus. Heſperio de limine ſurgit origo:
Sed nutrix Aurora tibi. pro pignore tanto
Certatur: geminus ciuem te vindicat axis:
Herculis, & Bromij ſuſtentat gloria Thebas.
Hæſit Apollineo Delos Latonia partu,
Cretáque ſe iactat tenero reptata Tonanti.
Sed melior Delo, Dictæis clarior oris,
Quæ dedit hoc Numen regio. non litora noſtro
Sufficerent anguſta Deo: nec inhoſpita Cynthi
Saxa tuos artus duro læſere cubili.
Accliui genitrix auro, circumflua gemmis,
In Tyrios enixa toros: vlulata verendis
Aula puerperiis. quæ tunc documenta futuri?
Quæ voces auium? quanti per inane volatus?
Quis vatum diſcurſus erat? tibi corniger Ammon,
Et dudum taciti rupere ſilentia Delphi.
Te Perſæ cecinere Magi, te ſenſit Etruſcus
Augur, & inſpectis Babylonius horruit aſtris.



Ayuntamiento de Madrid

*Chaldæi ſtupuere ſenes, Cumanáque rurſus*
*Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ.*
*Nec te progenitum Cybeleius ære ſonoro*
*Luſtrauit Corybas: exercitus vndique fulgens*
*Adſtitit. ambitur ſignis auguſtior infans.*
*Senſit adorantes galeas, redditque ferocem*
*Vagitum lituus. vitam tibi contulit idem,*
*Imperiúmque dies. inter cunabula Conſul*
*Proueheris, ſignans poſito modò nomine faſtos,*
*Donatúrque tibi, qui te produxerat, annus.*
*Ipſa Quirinali paruum te cinxit amictu*
*Mater. & ad primas docuit reptare curules.*
*Vberibus ſanctis, immortalíque Deorum*
*Creſcis adoratus gremio: tibi ſæpe Diana*
*Mænalios arcus, venatricéſque pharetras*
*Suſpendit, puerile decus: tu ſæpe Mineruæ*
*Luſiſti clypeo, fuluámque impunè pererrans*
*Aegida, tractaſti blandos interritus angues.*
*Sæpe tuas etiam iam tum gaudente marito*
*Velauit Regina comas, feſtináque voti*
*Præſumptum diadema dedit: tum leuibus vlnis*
*Suſtulit, & magno porrexit ad oſcula patri.*
d. mutatur I. *Nec dilatus honos:* [d] *mutatus principe Cæſar.*
*Protinus æquaris fratri: nec tertius vmquam*
*Hortati Superi: nullis præſentior æther*
e. atra C. *Affuit omnibus: tenebris inuoluerat* [e] *atris*
*Lumen hiems, denſóſque Notus collegerat imbres.*
*Sed mox, cùm ſolita miles te voce leuaſſet,*
*Nubila diſſoluit Phœbus, pariterque dabantur*
*Sceptra tibi, mundóque dies caligine liber.*
*Boſporus aduerſam patitur Chalcedona cerni.*
*Nec tantùm vicina nitent: ſed tota repulſis*

*Nubibus*

*Nubibus exuitur Thrace, Pangæa renident,*
*Inſuetosq́ue palus radios Mæotica vibrat.*
*Nec Boreas nimbos, aut Sol ardentior egit.*
*Cuncta nitor: riſitq́ue tuo natura ſereno.*
*Imperij lux illa fuit. præſagus obibat*
*Viſa etiam medio populis mirantibus audax*
*Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuſo*
*Languida, ſed quantus numeratur nocte Bootes.*
*Emicuitq́ue plagis alieni temporis hoſpes*
*Ignis, & agnoſci potuit, cùm Luna lateret.*
*Siue parens Auguſta fuit, ſeu fortè reluxit*
*Diuus auus, ſeu te claris properantibus aſtris*
*Cernere Sol patiens cælum commune remiſit.*
*Apparet quid ſigna ferant. ventura poteſtas*
*Claruit Aſcanio, ſubita cùm luce comarum*
*Innocuus flagraret apex, Phrygioq́ue volutus*
*Vertice, fatalis redimiret tempora candor.*
*At tua cæleſtes illuſtrant* g *omina flammæ.*

g. *Sic lege ex antiquis libris, non* omnia.

*Talis ab Idæis primæuus Iupiter antris*
*Poſſeſſi ſtetit arce poli, famulosq́ue recepit*
*Natura tradente Deos, lanugine nondum*
*Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant*
*Moturæ conuexa comæ: tum ſcindere nubes*
*Diſcebat, fulmenq́ue rudi torquere lacerto.*
*Lætior augurio genitor, natiſq́ue ſuperbus*
*Iam paribus, duplici fultus conſorte redibat,*
*Splendebatq́ue pio complexus pignora curru.*
*Haud aliter ſummo gemini cum patre Lacones*
*Progenies Lædæa ſedentem vtroque relucet*
*Frater, vtroq. ſoror. ſimilis chlamys effluit auro.*
*Stellati pariter crines. iuuat ipſe Tonantem*
*Error, & ambiguæ placet ignorantia matri.*



Ayuntamiento de Madrid

a.cernit P.1. Eurotas proprios diſcernere [a] neſcit alumnos.
Vt domus excepit reduces, ibi talia tecum
Pro rerum ſtabili fertur ditione locutus.
Si tibi Parthorum ſolium fortuna dediſſet
Care puer, terriſque procul venerandus Eois
Barbarus Arſacio conſurgeret ore tiaras:
Sufficeret ſublime genus, luxuque fluentem
Deſide, nobilitas poſſet te ſola tueri.
Altera Romanæ longè rectoribus aulæ
Conditio, virtute decet, non ſanguine niti:
b.vlterior B. Maior, & [b] vtilior [c] facto coniuncta potenti.
c.fato C. I. Vile latens virtus. quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit? obſcuro veluti ſine remige puppis,
Vel lyra, quæ reticet, vel qui non tenditur, arcus.
Hanc tamē haud quiſquā, qui non agnouerit antè
d.inceſtos I. Semet, & [d] incertos animi placauerit æſtus,
Inueniet. longis illuc ambagibus itur. (artus
Diſce orbis, quòd quiſque ſibi, cùm conderet
Noſtros, ætheriis miſcens terrena Prometheus,
e.patrio B. Sinceram [e] patri mentem furatus Olympo,
Continuit clauſtris, indignantemque reuinxit,
e.flect. B. Et, cùm non aliter poſſent mortalia [e] fingi,
Adiunxit geminas. illæ cum corpore lapſæ
Intereunt; hæc ſola manet, buſtoque ſuperſtes
Euolat. hanc alta capitis fundauit in arce
Mandatricem operum, proſpecturamque labori:
Illas inferius collo, præceptaque ſummæ
Paſſuras dominæ, digna ſtatione locauit.
Quippe opifex veritus confundere ſacra profanis,
Diſtribuit partes animæ, ſedeſque remouit.
Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, auidamque nocendi,
Præcipi-

Ayuntamiento de Madrid

*Præcipitémque ſui : rabie ſuccenſa tumeſcit :*
*Contrahitur [c] tepefacta metu. cùmq́. omnia ſecum* c. ſtupefa-
*Duceret, & requiem membris veſana negaret;* cta B.
*Inuenit pulmonis opem, madidúmque [f] fluenti* f. furenti
*Præbuit, vt tumidæ ruerent in mollia fibræ.* C. I.
*At ſibi cuncta petens, nil collatura cupido*
*In iecur, & tractus imos compulſa receſſit.*
*Quæ, velut immanes referat dum bellua rictus,*
*Expleri, paſcíque [g] nequit : nunc verbere curas* g. velit
*Torquet auaritiæ, ſtimulis nunc flagrat amorum,* P. C. I.
*Nunc gaudet, nunc mæſta [h] dolet, ſatiatáq. rurſus* h. ſilet, B
*Exoritur, cæſáque redit pollentius Hydra.*
*Hos igitur potuit ſi quis ſedare tumultus,*
*Inconcuſſa dabit puræ ſacraria menti.*
*Tu licet extremos latè dominere per Indos,*
*Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent.*
*Si metuis, ſi [i] parua cupis, ſi duceris ira,* i. praua P.
*Seruitij patiere iugum : tolerabis iniquas* G. I.
*Interius leges. tunc omnia iure tenebis,*
*Cùm poteris rex eſſe tui : procliuior vſus*
*In peiora datur, ſuadétque licentia luxum,*
*Illecebriſque effrena fauet. tunc viuere caſtè*
*Aſperius, cùm prompta Venus. tunc durius iræ*
*[k] Cōſulimus, cùm pœna patet. ſed cōprime motus:* k Conſu-
*Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,* litur, P.
*Occurrat, mentémque domet reſpectus honeſti.* C. L.
*Hoc te prætereà crebro ſermone monebo,*
*Vt te totius medio telluris in orbe*
*Viuere cognoſcas : cunctis tua gentibus eſſe*
*Facta palam : nec poſſe dari regalibus vſquam*
*Secretum vitiis. nam lux altiſſima fati*
*Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes*



Ayuntamiento de Madrid

h. obſcuros, vel abſtruſos C.
Intrat, & [h] obtruſos implorat fama receſſus.
Sis pius in primis. nam cum vincamur in omni
Munere; ſola Deos æquat clementia nobis.
Neu dubiè ſuſpectus agas: neu falſus amicis,
Rumorúmue auidus. qui talia curat: inanes
Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.
Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila,
Quàm tutatur amor. non extorquebis amari:
Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.
i. quod P. C.I.
Nónne vides, operum [i] quî ſe pulcerrimus ipſe
k. liget. P. C.I.
Mundus amore [k] ligat, nec vi connexa per æuum
l. Cõſpirẽt P.C I.
[l] Conſpirant elementa ſibi? [m] quî limite Phœbus
Contentus medio, contentus litore Pontus?
m. quòd P. C.I.
Et quî perpetuò terras ambitque vehitque,
Nec premat incumbens oneri, nec ceſſerit aër?
Qui terret, plus ipſe timet. ſors iſta tyrannis
Conuenit: inuideant claris, forteſque trucident,
Muniti gladiis viuant, ſeptique venenis
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.
Tu ciuem, patremq; geras: tu conſule cunctis,
Nec tibi: nec tua te moueant, ſed publica vota.
In commune iubes ſi quid, cenſeſq; tenendum:
Primus iuſſa ſubi tunc obſeruantior æqui
n. negat, P. C.I.
Fit populus, nec ferre [n] vetat, cùm viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. componitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
o. vt C.I.
Humanos edicta valent, [o] quàm vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.
His tamen effectis, nec faſtidire minores,
Neu pete præſcriptos homini tranſcendere fines.
Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.
Non tibi tradidimus dociles ſeruire Sabæos;

Armenia

Ayuntamiento de Madrid

*Armeniæ dominum nec te præfecimus ore;*
*Nec damus Aſſyriã, tenuit quam femina gentem:*
*Romani, qui cuncta diu rexere, regendi:*
*Qui nec Tarquinij faſtus, nec iura tulere*
*Cæſaris. annales veterum delicta loquuntur.*
*Hærebunt maculæ. quis non per ſæcula damnat*
*Cæſareæ portenta domus? quem dira Neronis*
*Funera, quem rupes Caprearum tetra latebit*
*Inceſto poſſeſſa ſeni? victura feretur*
*Gloria Traiani: non tam quòd Tigride victo,*
*Noſtra triumphati fuerat prouincia Parthi,*
*Alta quòd inuectus [a] ſtratis Capitolia Dacis,*
*Quàm patriæ quòd mitis erat. [b] nec deſine tales*
*Nate ſequi ſi bella [c] tonant, priùs agmina duris*
*Exerce ſtudiis; & ſæuo præſtrue Marti.*
*Non brumæ requies, non hibernacula ſegnes*
*Eneruent torpore manus. ponenda ſalubri*
*Caſtra loco: præbenda vigil cuſtodia vallo.*
*Diſce vbi denſari cuneus, vbi cornua tendi*
*Æquiùs, aut iterum flecti: quæ montibus aptæ,*
*Quæ campis acies, fraudi quæ accommoda vallis:*
*Quæ via difficilis. fidit ſi mœnibus hoſtis,*
*Tum tibi murali libretur machina pulſu.*
*Saxa rotet præceps aries, [d] prætectaque portas*
*Teſtudo feriat: ruat emerſura iuuentus*
*Effoſſi per operta ſoli. ſi longa moretur*
*Obſidio: tum vota caue ſecura remittas,*
*Incluſum'ue putes. multis damnoſa fuere*
*Gaudia. diſperſi pereunt, ſomnóque ſoluti.*
*Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.*
*Neu tibi regificis tentoria larga redundent*
*Deliciis, véue imbelles ad ſigna miniſtros*

a. fractis P.C.I.
b. ne P.I.
c. canant, P.C.I.
d. proiectaque I.



Ayuntamiento de Madrid

Luxuries armata trahat: neu flantibus Auſtris,
Neu pluuiis cedas: neu defenſura calorem
Aurea ſummoueant rapidos vmbracula Soles.
a. vtere P. C. I. Inuentis [a] vtare cibis: ſolabere partes
Æquali ſudore tuas. ſi collis iniquus,
Primus ini: ſiluam ſi cædere prouocat vſus,
Ne pudeat ſumta quercum ſtrauiſſe bipenni;
Calcatur ſi pigra palus, tuus antè profundum
Prætentet ſonipes. fluuios tu protere curru
Hærentes glacie: liquidos tu ſcinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te conſere turmas:
Nunc pedes aſſiſtas pediti: tum promtiùs ibunt
b. geretur P.C.I. Te ſocio: tum conſpicuus, gratuſque [b] feretur
Sub te teſte labor. dicturum plura parentem
Voce ſubit: equidē, faueant modo Numina cœptis,
Hæc effecta dabo: nec me fratrique, tibique
Diſſimilem populi, commiſſaque regna videbunt.
Sed cur non potius, verbis quæ diſſeris, vſu
Experior? gelidas certè nunc tendis in Alpes:
Duc tecum comitem: figant ſine noſtra tyrannum
Spicula: palleſcat noſtro ſine Barbarus arcu.
Italiámne feram, Furiis prædonis acerbi
Subiectam? patiar Romam ſeruire clienti?
Vſqueadeóne puer? nec me polluta poteſtas,
Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?
Per ſtrages equitare libet: da protinus arma.
Cur annos obicis? pugnæ cur arguor impar?
Æqualis mihi Pyrrhus erat, cùm Pergama ſolus
Verteret, & patri non degeneraret Achilli.
Denique ſi princeps caſtris herere nequibo,
Vel miles veniam. delibat dulcia nati
Oſcula, miratúſque refert. laudanda petiſti:

Sed

Ayuntamiento de Madrid

*Sed feſtinus amor. veniet robuſtior ætas,*
*Ne propera. nec dum decimas emenſus ariſtas*
*Aggrederis metuenda viris: veſtigia magnæ*
*Indolis agnoſco. fertur Pellæus, Eoum*
*Qui domuit Porum, cùm proſpera ſæpe Philippi*
*Audiret, lætos inter fleuiſſe ſodales,*
*Nil ſibi vincendum patris virtute relinqui.*
*Hos video motus, fas ſit promittere patri,*
*Tantus eris: noſtro nec debes regna fauori,*
*Quæ tibi iam natura dedit. ſic mollibus olim*
*Stridula ducturum pratis examina regem*
*Naſcentem venerantur apes, & publica mellis*
*Iura petunt, traduntque fauos. ſic paſcua paruus*
*Vindicat, & nec dum firmatis cornibus audax*
*Iam regit armentum vitulus, ſed prælia differt*
*In [c] iuuenem, patienſque meum cum fratre tuere* c. Veneré, P.C.I.
*Me bellante locum. vos impacatus Araxes,*
*Vos celer Euphrates timeat: ſit Nilus vbique*
*Veſter, & emiſſo quidquid Sol imbuit ortu.*
*Si pateant Alpes, habeat ſi cauſſa ſecundos*
*Iuſtior euentus, aderis, parteſque receptas*
*Suſcipies, animoſa tuas vt Gallia leges*
*Audiat, & noſtros æquus modereris Iberos.*
*Tunc ego ſecurus fati, lætúſque laborum*
*Diſcedam, vobis vtrumque regentibus axem.*
*Intereà Muſis animus dum mollior inſtet,*
*Et quæ mox imitere legas: nec deſinat vnquam*
*Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.*
*Antiquos euolue duces: aſſueſce futuræ*
*Militiæ: Latium retro te confer in æuum.*
*Libertas quæſita placet, mirabere Brutum.*
*Perfidiam damnas, Metū ſatiabere pœnis.*

 Triſte,

Ayuntamiento de Madrid

a. Adſpice P. I. reſpue C. Triſte, rigor nimius, Torquati [a] deſpue mores.
Mors impenſa bonum, Decios venerare ruentes.
b. Vir B. [b] Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles, Mucij te flama docebit.
c. perfringat P.C.I. Quid mora [c] perficiat, Fabius: quid rebus in arctis
Dux gerat, oſtendat Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam
Regule: ſucceſſus ſuperant aduerſa Catonis.
d. hinc C. Diſcitur [d] in quantum paupertas ſobria poſſit.
Pauper erat Curius, Reges cùm vinceret armis.
Pauper Fabricius, Pyrrhi cùm ſperneret aurum.
Sordida Serranus flexit Dictator aratra:
Luſtratæ lictore caſæ, faſceſque ſalignis
Poſtibus affixi: collectæ Conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.
Hæc genitor præcepta dabat. velut ille carinæ
Longæuus rector, variis quem ſæpe procellis
Explorauit hiems, Ponto iam feſſus, & annis,
Æquoreas alni nato commendat habenas,
Et caſus, arteſque docet, quo dextra regatur
Sidere; quo fluctus poſſint moderamine falli:
Quæ nota nimborum: quæ fraus infida ſereni:
Quid Sol occiduus prodat: quo ſaucia vento
Decolor iratos attollat Cynthia vultus.
Adſpice nunc quacūque micas, ſeu circulus Auſtri
Magne parens, gelidi ſeu te meruere Triones:
Adſpice, completur votum, iam natus adæquat
Te meritis, & , quod magis eſt optabile, vincit,
e. Hunc verſum nō habet P.C. [e] Subnixus Stilicone tuo: quem fratribus ipſe
Diſcedens clypeum, defenſoremque dediſti.
Pro nobis nihil ille pati, nullumque recuſat
Diſcrimen

Ayuntamiento de Madrid

Diſcrimen tentare ſui: non dura viarum,
Non incerta maris. Libyæ ſqualentis arenas
Audebit ſuperare pedes, madidaque cadente
Pleiade, Gætulas intrabit [f] Syrtibus vndas. f.nauita
Hunc tamen in primis populos lenire feroces, Syrtes B.
Et Rhenum pacare iubes, volat ille citatis
Vectus equis, nullaque latus ſtipante caterua.
Aſpera nubiferas quà Rhætia porrigit Alpes,
Pergit, & hoſtiles, tanta eſt fiducia, ripas
Incomitatus adit: totum properare per amnem
Attonitos Reges humili ceruice videres.
Ante ducem noſtrum flauam ſparſere Sicambri
Cæſariem, pauidoque orantes murmure Franci
Procubuere ſolo. iuratur Honorius abſens,
Imploratque tuum ſupplex Alemania nomen.
Baſternæ venere truces, venit accola ſiluæ
Bructerus Hercyniæ, latiſque paludibus exit
Cimbrus, & ingentes Albim liquere Cheruſci.
Accipit ille preces varias, tardeque rogatus
Annuit, & magno pacem pro munere donat.
Nobilitant veteres Germanica fœdera Druſos,
Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus emta.
Quis victum meminit ſola formidine Rhenum?
Quod longis alij bellis potuere mereri,
Hoc tibi dat Stiliconis iter. poſt otia Galli
[g] Limitis, hortaris Graias fulcire ruinas. g.Militis. B.
Ionium tegitur velis, ventiſque laborant
Tot curuare ſinus, ſeruaturaſque Corinthum
Proſequitur facili Neptunus gurgite claſſes.
Et puer Iſthmiaci iam pridem litoris exſul
Secura repetit portus cum matre Palæmon. h.metitur
Caſtra cruore natant: [h] moritur pellita iuuentus. P.I.



Ayuntamiento de Madrid

*Pars morbo, pars enſe perit. non luſtra Lycæi,*
*Non Erymanthea iam copia ſufficit vmbra*
i. exutaq́. *Innumeris exuſta rogis, ⁱ nudataq́ue ferro.*
*Sic flagraſſe ſuas lætantur Mænala ſiluas.*
*Excutiat cineres Ephyræ, Spartanus, & Arcas*
*Tutior, exſangues pedibus proculcet aceruos,*
*Feſſaq́ue penſatu reſpiret Græcia pœnis.*
*Gens, qua non Scythicos diffuſior vlla Triones*
*Incoluit: cui paruus Athos, anguſtáque Thrace,*
*Cùm tranſiret, erat: per te, vireſq́ue tuorum*
*Fracta ducum, lugétque ſibi iam rara ſuperſtes,*
*Et, quorum turbæ ſpatium vix præbuit orbis,*
*Vno colle latent: ſitiens, incluſaq́ue vallo*
*Ereptas quæſiuit aquas, quas hoſtibus antè*
*Contiguas alio Stilico deflexerat arcu,*
*Mirantémque nouas ignota per auia valles*
*Iuſſerat auerſo fluuium migrare meatu.*
*Obuia quid mirum vinci, cùm Barbarus vltro*
*Iam cupiat ſeruire tibi? tua Sarmata diſcors*
k. pelle B. *Sacramenta petit: proiecta ᵏ fraude Gelonus*
*Militat. in Latios ritus tranſiſtis Alani.*
*Vt fortes in Marte viros, animiſque paratos,*
*Sic iuſtos in pace legis, longumq́ue tueris*
*Electos, crebris nec ſuccedentibus vrges*
*Iudicibus. notis regimur, fruimúrque quietis,*
*Militiæq́ue bonis: ceu bellatore Quirino,*
*Ceu placido moderante Numa. non imminet enſis:*
*Nullæ nobilium cædes: non crimina vulgò*
*Texuntur; patria mæſtus non truditur exſul:*
*Impia continui ceſſant augmenta tributi:*
*Non infelices tabulæ: non haſta refixas*
*Vendit opes auidas; emptor non voce citatur:*

Nec

Ayuntamiento de Madrid

*Nec tua priuatis creſcunt æraria damnis.*
*Munificus* [a] *laudis, ſed non es prodigus auri.* a. largis, B.
*Perdurat non empta fides, nec pectora merces*
*Alligat. ipſa ſuo pro pignore caſtra laborant.*
*Te miles nutritor amat. quæ denique Romæ*
*Cura tibi? quàm fixa manet reuerentia patrum!*
*Firmatur ſenium iuris, priſcámque reſumunt*
*Canitiem leges, emendantúrque vetuſtæ,*
*Accedúntque nouæ. talem ſenſere Solonem*
*Res Pandioniæ: ſic armipotens Lacedæmon*
*Deſpexit muros rigido munita Lycurgo.*
*Quæ ſub te vel cauſſa grauis, vel iudicis error?*
*Nec legitur dubiis quis litibus addere finem*
*Iuſtior, & merſum latebris educere verum.*
*Quæ pietas, quantúſq.* [b] *rigor! trãquillaq; magni* b vigor. P.C.I.
*Vis animi, nullóque leuis terrore moueri:*
*Nec noua mirari facilis.* [c] *quæ docta facultas* c. quàm B
*Ingenij, linguæque modus! reſponſa verentur*
*Legati, grauibuſque latet ſub moribus ætas.*
*Quantus in ore pater! radiat quàm* [d] *torua volup-(tas* d. parua B
*Frontis, & auguſti maieſtas grata pudoris!*
*Iam patrias imples galeas: iam cornus auita*
*Tentatur: vibranda tibi promittitur ingens*
*Dextra rudimentis, Romanaque vota moratur.*
*Quis decor, incedis quoties clypeatus, & auro*
*Squameus, & rutilus criſtis, & caſſide maior!*
*Sic cùm Threicia primùm ſudaret in haſta,*
*Flumina lauerunt puerum Rodopheia Martem.*
*Quæ vires iaculis! vel cùm Gortynia tendis*
*Spicula, quàm felix arcus, certíque petitor*
*Vulneris, & iuſſum mentiri neſcius ictum!*
*Scis quo more Cydon, qua dirigat arte ſagittas*
*Armenius,*

Ayuntamiento de Madrid

*Armenius, refugo quæ ſit fiducia Partho.*
*Sic Amphioniæ pulcer ſudore palæſtræ*
*Alcides pharetras, Dircæaque tela ſolebat*
*Prætentare feris, olim domitura Gigantes,*
*Et pacem latura polo: ſemperque cruentus*
*Ibat, & Alcmenæ prædam referebat ouanti.*
*Cæruleus tali proſtratus Apolline Python,*
*Implicuit fractis moritura volumina ſiluis.*
*Cùm vectaris equo, ſimulacraque Martia ludis,*
i. ſimulare B. *Quis molles* [i] *ſinuare fugas, quis tendere contum*
*Acrior? aut ſubitos melior flexiſſe recurſus?*
*Non te Maſſagetæ, non gens exercita campo*
*Theſſala, non ipſi poterunt æquare bimembres.*
*Vix comites alæ, vix te ſuſpenſa ſequuntur*
*Agmina, ferventesque tument poſt terga dracones.*
*Vtque tuis primùm ſonipes calcaribus arſit,*
*Igneſcunt patulæ nares, non ſentit arenas*
*Vngula, diſcuſſæque iubæ ſparguntur in armos.*
*Turbantur phaleræ, ſpumoſis morſibus aurum*
*Fumat, anhelantes exundant ſanguine gemmæ.*
*Ipſe labor, puluisque decet, confuſaque motu*
*Cæſaries. veſtis radiato murice Solem*
*Combibit: ingeſto criſpatur purpura vento.*
*Si dominus legeretur equis, tua poſceret vltro*
*Verbera Nereidum ſtabulis nutritus Arion,*
*Seruirétque tuis contempto Caſtore frenis*
*Cyllarus, & flauum Xanthus ſpreuiſſet Achillem.*
*Ipſe tibi famulas præberet Pegaſus alas,*
*Portarétque libens, melioraque pondera paſſus*
*Bellerophonteas indignaretur habenas.*
*Quin etiam velox Auroræ nuncius Æthon,*
*Qui fugat hinnitu ſtellas, roſeoque domatur*

*Lucifero*

Lucifero, quoties equitem te cernit ab aſtris
Inuidet, inque tuis mauult ſpumare lupatis. (pæ
Nunc quoq; quos habitus, quātæ miracula pom-
Vidimus, Auſonio cùm iam ſuccinctus amictu
Per Ligurum populos ſolito conſpectior ires,
Atque inter niueas altè veherere cohortes,
Obnixiſque ſimul pubes electa lacertis
Sidereum geſtaret onus! ſic Numina Memphis
In vulgus proferre ſolet. penetralibus exit
Effigies; breuis illa quidem: ſed plurimus infrà
Liniger, impoſita ſuſpirans veſte ſacerdos
Teſtatur ſudore Deum. Nilotica ſiſtris
Ripa ſonat, [a] varióſque modos Ægyptia ducit a. Pharioſque P.C.
Tibia. ſubmiſſis admugit cornibus Apis.
Omnis nobilitas, omnis tua ſacra frequentat
Thybridis, & Latij ſoboles. conuenit in vnum
Quidquid in orbe fuit procerū, quibus auctor hono-
Vel tu, vel genitor. numeroſo Conſule Conſul (ris
Cingeris, & ſocios gaudes admittere patres.
Illuſtri te prole Tagus, te Gallia doctis
Ciuibus, & toto ſtipauit Roma Senatu.
Portatur iuuenum ceruicibus aurea ſedes,
Ornatuque nouo grauior Deus. aſperat Indus
Velamenta lapis, pretioſáque fila ſmaragdis
Ducta virent. amethyſtus ineſt, & fulgor Iberus
Temperat arcanis hyacinthi cærula flammis.
Nec rudis in tali ſuffecit gratia textu:
Auget acus meritum, picturatúmque metallis
Viuit opus, multáque ornantur iaſpide vultus,
Et variis ſpirat Nereia bacca figuris.
Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitioſa colus? vel cuius pectinis arte

Traxe-

Ayuntamiento de Madrid.

*Traxerunt ſolidæ gemmarum ſtamina telæ?*
*Inuia quis calidi ſcrutatus ſtagna profundi*
*Tethyos inuaſit gremium? quis diuitis algæ*
*Germina flagrantes inter quæſiuit arenas?*
*Quis iunxit lapides oſtro? quis miſcuit ignes*
*Sidonij rubríque maris? tribuere colorem*
*Phœnices, Seres ſubtemina, pondus Hydaſpes.*
*Hoc ſi Mæonias cinctu graderere per vrbes,*
k. trãſferret B. *In te pampineos* [k] *proferret Lydia thyrſos,*
*In te Nyſa choros: dubitarent Orgia Bacchi*
*Cui furerent: irent blandæ ſub vincula tigres.*
*Talis Erithræis intextus nebrida gemmis*
*Liber agit currus, & Caſpia flectit eburnis*
*Colla iugis: Satyri circùm, crinémque ſolutæ*
*Mænades adſtringunt ederis victricibus Indos.*
*Ebrius hoſtili velatur palmite Ganges.*
*Adſpice, mox lætum ſonuit clamore tribunal,*
*Te faſtos ineunte quater, ſollennia ludit*
*Omnia libertas, deductum vindice morem*
*Lex celebrat, famulusque iugo laxatus herili*
*Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.*
*Triſtis conditio pulſata fronte recedit*
*In ciuem. rubuere genæ, tergóque remouit*
*Verbera. promiſſi felix iniuria voti.*
*Proſpera Romuleis ſperantur tempora rebus,*
*In nomen ventura tuum; præmiſſa futuris*
*Dant exempla fidem. quoties te curſibus æui*
*Præfecit, toties acceſſit laurea patri.*
l. tranare C.I. *Auſi Danubium quondam* [l] *tranſnare Gothunni,*
m. ter B. *In lintres fregere nemus:* [m] *tibi mille ruebant*
*Per fluuium plenæ cuneis immanibus alni.*
*Dux Odothæus erat. tantæ conamina claſſis*
*Inci-*

*Incipiens ætas, & primus* [n] *concutit annus.* n. cõrudis C.
[o] *Submerſæ ſedere rates: fluitantia numquam* o. Succenſæ C.
*Largius Arctoos pauere cadauera piſces.*
*Corporibus premitur Peuce: per quinque recurrens*
*Oſtia, Barbaricos vix egerit vnda cruores.*
*Confeſſúſque parens, Odothei Regis opima*
*Rettulit, exſuuiáſque tibi. ciuile ſecundis*
*Conficis auſpiciis bellum. tibi debeat orbis*
*Fata Gothunnorum, debellatúmque tyrannum.*
*Iſter ſanguineos egit te Conſule fluctus:*
*Alpinos genitor rupit te Conſule montes.*
*Sed patriis olim fueras ſucceſſibus auctor,*
*Nunc eris ipſe tuis. ſemper venere triumphi*
*Cum trabeis. ſequiturque tuos victoria faſces.*
*Sis precor* [p] *aſſiduè Conſul, Mariíque relinquas,* p. aſſiduus P.C.I.
*Et ſenis Auguſti numerum. quæ gaudia mundi,*
*Per tua lanugo cùm ſerpere cœperit ora:*
*Cùm tibi* [q] *prodiderit feſtas nox pronuba tædas!* q. prorumperit B.
*Quæ tali* [r] *donata toro, quæ murice fulgens* r. deuota P.C.I.
*Ibit in amplexus tanti Regina mariti?*
*Quænam tot Diuis veniet nurus, omnibus aruis,*
*Et toto dotanda mari? quantúſque feretur*
*Idem per Zephyri metas Hymenæus, & Euri!*
*O mihi ſi liceat thalamis intendere carmen*
[s] *Connubiale tuis, ſi te iam dicere patrem* s. Conubiale P.C.I.
*Tempus erit, cùm tu trans Rheni cornua victor,*
*Arcadius captæ ſpoliis Babylonis onuſtus*
*Communem* [t] *maiore toga ſignabitis annum,* t. meliore B.
*Crinitúſque tuo ſudabit faſce* [x] *Suëuus:* x. Lyæus: in vulgatis libris corrupte legitur.
*Vltima fraternas horrebunt Bactra ſecures.*

CL.

LIBROS DEL DR. L. MARCO

Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI DE SEXTO CONSVLATV HONORII AVGVSTI PANEGYRIS.

AVREA Fortunæ reduci ſi templa priores
Ob reditum vouere ducum, non dignius vmquam
Hæc Dea pro meritis amplas ſibi poſceret ædes,
a. reparatur C. Quàm ſua cùm pariter trabeis [a] repetatur & vrbi
Maieſtas. nec enim campus ſollennis, & vrna
Luditur in morem: ſpecies nec diſſona cœtu,
Aut peregrina nitet ſimulati iuris imago.
Indigenas habitus natiua Palatia ſumunt,
Et, patriis plebem caſtris ſociante Quirino,
b. ſui, P. C. I. Mars Auguſta [b] ſibi renouat ſuffragia campi.
Qualis erit terris, quem mons Euandrius offert
Romanis auibus, quẽ Thybris inaugurat, annus?
Quamquã omnes quicumq. tui cognominis anni,
Semper inoffenſum dederint ſucceſſibus omen,
Sintque tropæa tuas ſemper comitata ſecures;
Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
Vrbis, & Auguſti geminato nomine felix.
Namque velut ſtellas Babylonia cura ſalubres
Optima tunc ſpondet mortalibus edere fata,
Cælicolæ cùm celſa tenent, ſummoque feruntur
Cardine, nec radios humili ſtatione recondunt:
Haud aliter, Latiæ ſublimis ſignifer aulæ,
c. propria. P. C. I. Imperij ſidus [c] prima cum ſede locauit,
Auget ſpes Italas, & certiùs [d] omnia ſurgunt
d. forte omina. Victrici concepta ſolo, cùm pulcer Apollo

Luſtrat

Ayuntamiento de Madrid

*Luſtrat Hyperboreas Delphis ceſſantibus aras.*
*Nil tum Caſtaliæ riuis communibus vndæ*
*Diſſimiles, vili nec diſcrepat arbore laurus.*
*Antraque mœſta ſilent, inconſultique receſſus.*
*At ſi Phœbus adeſt, & frenis gryphas iugalem*
*Rhipæo tripodas repetens detorſit ab axe,*
*Tunc ſiluæ, tunc antra loqui, tunc viuere fontes,*
*Tunc ſacer horror aquis, adytiſque effunditur Echo*
*Clarior, & doctæ ſpirant præſagia rupes.*
*Ecce Palatino creuit reuerentia monti,*
*Exultatque habitante Deo, potioraque Delphis*
*Supplicibus latè populis oracula pandit,*
*Atque ſuas ad ſigna iubet reuireſcere lauros.*
*Non alium certè decuit rectoribus orbis*
*Eſſe larem, nulloque magis ſe colle poteſtas*
*Æſtimat, & ſummi ſentit faſtigia iuris.*
*Attollens apicem ſubiectis regia roſtris,*
*Tot circùm delubra videt, tantiſque Deorum*
*Cingitur excubiis: iuuat intra tecta Tonantis*
*Cernere Tarpeia pendentes rupe Gigantes,*
*Cælataſque fores, mediiſq; volantia ſigna*
*Nubibus, & denſum ſtipantibus æthera templis,*
*Æraque veſtitis numeroſa puppe columnis*
*Conſita, ſubnixaſque iugis immanibus ædes;*
*Naturam cumulante manu, ſpoliiſq; micantes*
*Innumeros arcus. acies ſtupet igne metalli,*
*Et circunfuſo trepidans obtunditur auro.*
*Agnoſciſne tuos princeps venerande Penates?*
*Hæc ſunt, quæ primis olim miratus in annis,*
*Patre pio monſtrante a petis. nil optimus ille* a. viat. B.
*Diuorum toto meruit felicius æuo,*
*Quàm quòd Romuleis victor ſub mœnibus egit*

Te conſorte dies, cùm ſe melioribus addens
Exemplis, ciuem gereret terrore remoto,
Alternos cum plebe iocos, dilectaq́; paſſus
Iurgia, patriciaſque domos, priuataq; paſſim
Viſere depoſito dignatus limina faſtu.
Publicus hinc ardeſcit amor, cum moribus æquis
Inclinat populo regale modeſtia culmen.
Teque rudem vitæ, quamuis diademate necdum
Cingebare comas, ſocium ſumebat honorum
Purpureo fotum gremio, paruumq́; triumphis
b. Imbuit, P.C.I. b Induit, & magnis docuit præludere faſtis.
Te linguis variæ gentes, miſſiq́; rogatum
Fœdera, Perſarum proceres cum patre ſedentem
c. poſitoq́. tiaram P.C.I. Hac quondam videre domo, c poſitaq; tiara
Submiſere genu: tecum prælarga vocauit
Ditandas ad dona tribus; fulgentia tecum
Collecti trabeatus adit delubra Senatus,
Romano puerum gaudens offerre fauori,
Vt nouus imperio iam tunc aſſueſceret heres.
d. conſerta B. Hinc tibi d concreta radice tenacius hæſit,
Et penitus totis inoleuit Roma medullis,
Dilectæq; vrbis teneris conceptus ab annis
Tecum creuit amor: nec te mutare reuerſum
Eualuit propria nutritor Boſporus arce.
Et quoties optare tibi, quæ mœnia malles,
Alludens genitor regni pro parte dediſſet,
Diuitis Auroræ ſolium, ſortemq́; paratam,
Sponte remittebas fratri. regat ille volentes
Aſſyrios: habeat Pharium cum Tigride Nilum:
Contingat mea Roma mihi: nec vota fefellit
Euentus. fortuna nouum molita tyrannum
Iam tibi quærebat Latium, belloq; ſecundo
Proti-

Protinus Eoa velox accitus ab aula
Suſcipis Heſperiam patrio bis Marte receptam.
Ipſa per Illyricas urbes Oriente relicto
Ire Serena comes, nullo deterrita caſu
Materna te mente fovens, Latioq; futurum
Rectorem, generumq; ſibi. ſeniore ſupernas
Iam repetente plagas, illo ſub cardine rerum
Sedula ſeruatum per tot diſcrimina pignus
Reſtituit ſceptris patrui, caſtisq; mariti.
Certauit pietate domus, fideq; reductum
Coniugis, [d] officiis Stiliconis cura recepit. d. efficio P.
Felix ille parens, qui te ſecurus Olympum
Succedente petit. quàm lætus ab æthere cernit
Se factis creuiſſe tuis! duo namque fuere
Europæ, Libyæq; hoſtes. Mauriſius Atlas
Gildonis Furias, Alaricum Barbara Peuce
Nutrierat: qui ſæpe tuum ſpreuere profana
Mente patrem. Thracum [e] veniens è finibus alter e. venientem. P. C.
Hebri clauſit aquas; alter præcepta vocantis
Reſpuit, auxiliiq; ad proxima bella [f] negatis, f regatis. B.
Abiurata palam Libyæ poſſederat arua.
Quorū nunc meritam repetens non immemor iram
Supplicijs fruitur, natoq; vltore triumphat.
Enſe Thyeſtiadæ pœnas exegit Oreſtes:
Sed miſtum pietate nefas, dubitandaque cædis
Gloria maternæ, laudem cum crimine penſat.
Pœnit Iuleos inuiſo ſanguine Manes
Auguſtus: ſed falſa pij præconia ſumſit
In luctum patriæ ciuili ſtrage [g] parentis. g. parentans. B.
At tibi cauſſa patris rerum coniuncta ſaluti
Bellorum duplicat lauros, iiſdemq; tropæis
Reddita libertas orbi, vindicta parenti.



Ayuntamiento de Madrid

Sed mihi iam pridem captum Parnaſſia Mantum
Pieriis egit fidibus chelys: arma Getarum
Nuper apud ſocerum plectro celebrata recenti:
Aduentus nunc ſacra tui libet edere Muſis,
Grataque patratis exordia ſumere bellis.
Iam Pollentini tenuatus funere campi
Conceſſaq; ſibi (rerum ſic admonet vſus)
Luce, tot amiſſis ſociis, atque omnibus vnà
Direptis opibus, Latio diſcedere iuſſus
Hoſtis, & immenſi reuolutus culmine fati,
Turpe retexit iter. qualis piratica puppis,
Quæ cunctis infenſa fretis, ſcelerumq; referta
Diuitiis, multasq; diu populata carinas,
Incidit in magnam, bellatricemque triremem,
Dum prædam de more putat, viduataq; cæſis
Remigibus ſciſſis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis ſaucia fractis,
Ludibrium pelagi vento iactatur & vnda,
Vaſtato tandem pœnas luitura profundo:
Talis ab vrbe minas retro flectebat inanes
Italiam fugiens, & quæ venientibus antè
Prona fuit, iam difficilis, iam dura reuerſis.
Clauſa putat ſibi cuncta pauor, retroq; relictos,
Quos modò terrebat, rediens exhorruit amnes.
Vndoſa tum forte domo, vitreiq; ſub antris
Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas
Voluebat pater Eridanus: quis bella maneret
Exitus: imperiúmne Ioui, legeſq; placerent,
Et vitæ Romana quies, an iura peroſus
Ad priſcos pecudum, damnaret ſecula ritus.
Talia dum ſecum mouet anxius, aduolat vna
Naiadum reſoluta comam, complexaq; patrem.

En

*En Alaricus, ait, non qualem nuper ouantem*
*Vidimus, exſangues genitor mirabere vultus.*
*Percenſere manum, tantaq́; ex gente iuuabit*
*Relliquias numeraſſe breues. iam deſine mœſta*
*Frōte queri, Nymphasq́; choris iam redde* [a] *ſorores.* a. ſonoris. B.
*Dixerat. ille caput placidis ſublime fluentis*
*Extulit & totis lucem ſpargentia ripis*
*Aurea roranti micuerunt cornua vultu.*
*Non illi madidum vulgaris arundine crinem*
*Velat honos. rami caput vmbrauere virentes*
*Heliadū, totisq́; fluunt electra capillis.*
*Palla tegit latos humeros, curruq́; paterno*
*Intextus Phaëthon glaucos incendit amictus,*
[b] *Fultaq́; ſub gremio cælatis nobilis aſtris* b. Fuluaq́; B.
*Æthereum probat vrna decus. namq; omnia luctus*
*Argumenta ſui Titan ſignauit Olympo,*
*Mutatumq́; ſenem plumis, & fronde ſorores,*
*Et fluuium, nati qui vulnera lauit anheli.*
*Stat gelidis auriga plagis, veſtigia fratris*
*Germanæ ſeruant Hyades, Cycniq; ſodalis*
*Lacteus extentas adſpergit circulus alas.*
*Stellifer Eridanus ſinuatis fluctibus errans*
*Clara Noti conuexa rigat, gladioq́; tremendum*
*Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona.*
*Hoc Deus effulgens habitu proſpexit euntes*
*Deiecta ceruice Getas: tunc talia fatur.*
*Siccine mutatis properas Alarice reuerti*
*Conſiliis? Itala ſic te iam pœnitet oræ?*
*Nec iam cornipedem Tiberino gramine paſcis,*
*Vt rebare, tuum: Tuſcis nec figis aratrum*
*Collibus. ô cunctis Erebi digniſſime pœnis,*
*Tūne Giganteis vrbem tentare Deorum.*

*Aggreſſus Furiis? nec te meus improbe ſaltem*
*Terruit exemplo Phaëthon. qui fulmina præceps*
*In noſtris efflauit aquis, dum flamea cæli*
*Flectere terrenis meditatur frena lacertis,*
*Mortalique diem ſperat diffundere vultu?*
*Crede mihi ſimili bacchatur crimine quiſquis*
*Adſpirat Romæ ſpoliis, aut ſolis habenis.*
*Sic fatus, Ligures, Venetosq; erectior amnes*
*Magna voce ciet: frondentibus humida ripis*
*Colla leuant, pulcer Ticinus, atque Addua viſu*
*Cærulus, & velox Atheſis, tardusq; meatu*
*Mincius, inque nouem conſurgens ora Timauus.*
*Inſultant omnes profugo, pacataq; lætum*
*Inuitant ad prata pecus; iam Pana Lycæum,*
*Iam Dryades reuocāt, & ruſtica Numina Faunos.*
*Tu quoq. non paruum Getico Verona triumpho*
*Adiungis cumulum: nec plus Pollentia rebus*
*Contulit Auſoniis, aut mœnia vindicis Aſtæ.*
*Hic rurſus dum pacta mouet, damnisq; coactus*
*Extremo mutare parat præſentia caſu:*
*Nil ſibi periurum ſenſit prodeſſe furorem,*
*Conuerti nec fata loco, multisq; ſuorum*
*Dirus pauit aues, inimicaq; corpora voluens*
*Ionios Atheſis mutauit ſanguine fluctus.*
*Oblatum Stilico violato fœdere Martem*
*Omnibus arripuit votis, vbi Roma periclo*
*Iam procul, & belli medius Padus arbiter ibat:*
a ſtatuiſſe H. *Iamq; opportunam motu* a *ſtrepuiſſe rebelli*
*Gaudet perfidiam, præbensq; exempla laboris*
*Suſtinet accenſos æſtiuo puluere Soles.*
*Ipſe manu metuendus adeſt, inopinaq; cunctis*
*Inſtruit arma locis, &, quà vocat vſus, ab omni*
*Parte*

*Parte venit. ſeſſo ſi deficit agmine miles,*
*Vtitur auxiliis. damni ſecurus, & aſtu,*
*Debilitat ſæuum cognatis viribus Iſtrum,*
*Et duplici lucro committens prælia, vertit*
*In ſe Barbariem, nobis vtrimque cadentem.*
*Ipſum te caperet, lethoque Alarice dediſſet,*
*Ni calor incauti male feſtinatus Alani*
*Diſpoſitum turbaſſet opus. propè captus anhelum*
*Verbere cogis equum. nec te vitaſſe dolemus.*
*I potius gentis reliquum, tantiq; ſuperſtes*
*Danubij populis, & noſtrum viue tropæum.*
*Non tamen ingenium tantis ſe cladibus atrox*
*Deiicit. occulto tentabat tramite montis,*
*Si quas per ſcopulos ſubitas exquirere poſſet*
*In Rhætos, Gallosq; vias. ſed fortior obſtat*
*Cura ducis (quis enim diuinum fallere pectus*
*Poſſit?) & excubiis vigilantia [a] lumina regni:* a. Numina P.
*Cuius conſilium non vmquam repperit hoſtis,*
*Nec potuit texiſſe ſuum: ſecreta Getarum*
*Noſſe prior, celerique dolis occurrere ſenſu.*
*Omnibus excluſus cœptis [b] conſedit in imo* b. confidit in vno l.
*Colle tremens, frondesque licet depaſtus amaras,*
*Arboreo figat ſonipes in cortice morſus,*
*Et tetris collecta cibis, anniq; vapore*
*Sæuiat aucta lues, & miles probra ſuperbus*
*Ingerat obſeſſo, captiuaq; pignora monſtret:*
*Non tamen aut morbi [c] tabes, aut omne periclum* c. rabies B.
*Docta ſubire fames, aut prædæ luctus ademtæ,*
*Aut pudor, aut dictis mouere procacibus iræ,*
*Vt male tentato toties ſe credere campo*
*Cominus auderet. nulla eſt victoria maior,*
*Quàm quæ confeſſos animo quoq; ſubiugat hoſtes.*

*Iamq́ frequens rarum decerpere transfuga robur*
*Cœperat, inq; dies numerus decreſcere caſtris:*
*Nec iam deditio paucis occulta parari,*
*Sed cunei, totæq́ palàm diſcedere turmæ.*
*Conſequitur, vanoq́ fremens clamore retentat,*
*Cumq́ ſuis iam bella gerit: mox numina ſupplex*
*Cum precibus, fletuq́ ciet, veterumq́ laborum*
*Admonet, & fruſtra iugulum parcentibus offert,*
*Defixoq; malis animo ſua membra, ſuasque*
*Cernit abire manus. qualis Cybeleia quaſſans*
*Hyblæus procul æra ſenex, reuocare fugaces*
*Tinnitu conatur apes, quæ ſponte relictis*
*Deſciuêre fauis; ſonituq́ exhauſtus inani,*
*Raptas mellis opes, ſolitæq́ oblita latebræ*
*Perfida deplorat vacuis examina ceris.*
*Ergo vbi præcluſæ voci laxata remiſit*
*Frena dolor, notasq́ oculis humentibus Alpes*
*Adſpicit, & nimium diuerſi ſtamine fati*
*Præſentes reditus, fortunatosq́ reuoluit*
*Ingreſſus, ſolo peragens cum murmure bellum,*
*Protento leuiter frangebat mœnia conto,*
*Irridens ſcopulos. nunc deſolatus, & exſpes*
*Debita pulſato reddit ſpectacula monti.*
*Tunc ſic Auſonium reſpectans æthera fatur.*
*Heu regio funeſta Getis, heu terra ſiniſtris*
*Auguriis calcata mihi, ſatiare nocentum*
*Cladibus, & tandem noſtris inflectere pœnis.*
*En ego, qui toto ſublimior orbe ferebar,*
*Ante tuum felix aditum, ceu legibus exſul,*
*Addictusq; reus ſtatu propiore ſequentum*
*Terga premor. quæ prima miſer, quæ funera dictis*
a.non P. C.I. *Poſteriora querar? a nec me Pollentia tantum,*

*Nec captæ cruciatis opes: hæc aſpera fati*
*Sors tulerit, Martiq́; vices: non funditus armis*
*Concideram: ſtipatus adhuc, equitumq́; catervis*
*Integer, ad montes reliquo cum robore ceſſi,*
*Quos Apenninum perhibent: hunc eſſe ferebat*
*Incola, qui Siculum porrectus adusque Pelorum*
*Finibus ad Ligurum populos amplectitur omnes*
*Italiæ, geminumq́; latus ſtringentia longè,*
*Vtraque perpetuo diſcriminat æquora tractu.*
*[a] Hunc ego continuum ſi per iuga tendere curſum,* a. Huc. L.
*Vt prior iratæ fuerat ſententia mentis,*
*Iam deſperata voluiſſem luce, quid vltra?*
*Omnibus oppeterem fama [b] meliore peruſtis.* b. maiore P. C. L.
*Et certè moriens propius te Roma viderem,*
*Ipſaq́; per cultas ſegetes mors noſtra ſecuto*
*Victori damnoſa foret. ſed pignora nobis*
*Romanus, caraſq́; nurus, prædamq́; tenebat.*
*Hoc magis exertum raperem ſuccinctior agmen.*
*Heu, quibus inſidiis, qua me circumdedit arte*
*Fatalis ſemper Stilico. dum parcere fingit,*
*[c] Rettulit hoſtiles animos, bellumq́; remenſo* c. Pertulit L. Excuſſit G.
*Evaluit transferre Pado. pro fœdera ſævo*
*Deteriora iugo: tunc vis extincta Getarum,*
*Tunc mihi, tunc lethum pepigi, violentior armis*
*Omnibus expugnat noſtram clementia gentem.*
*Mars gravior ſub pace latet, capiorq́; viciſſim*
*Fraudibus ipſe meis. quis iam ſolatia feſſo,*
*Conſiliúmue ferat? ſocius ſuſpectior hoſte.*
*[d] Atque vtinam cunctos licuiſſet perdere bello.* d. O vtinã multos C.
*Nam quiſquis duro recidit certamine, nunquam*
*Deſinet eſſe meus: melius mucrone perirent,*
*Auferretq́; mihi luctu leviore ſodales*

*Victa manus, quàm leſa fides. nullúſne clientum*
d. offenſi P.C.L. *Permanet? [d] infenſi comites; odere propinqui.*
*Quid moror inuiſam lucem? quæ ſede receſſum*
*Naufragÿ fragmenta meæ? quæúe arua requiram,*
*In quibus haud vnquam Stilico nimiumq; potentis*
*Italiæ noſtras nomen circumſonat aures?*
*Hæc memorans inſtante fugam Stilicone tetendit*
*Expertas horrens Aquilas. comitatur euntem*
*Pallor, & atra fames, & ſaucia liuidus ora*
*Luctus, & inferno ſtridentes agmine morbi.*
*Luſtralem ſic triſte facem, cui lumen odorum*
*Sulfure cæruleo, nigroque bitumine fumat,*
*Circum membra rotat doctus purganda ſacerdos,*
*Rore pio ſpargens, &, dira fugantibus herbis*
*Numina, terrificumq; Iouem, Triuiamq; precatus,*
e. aduerſis P.C.I *Trās caput [e] auerſus manibus iaculatur in Auſtrū*
*Secum rapturas cantata piacula tedas.*
*Acrior intereà viſendi principis ardor*
*Accendit cum plebe patres, & ſæpe negatum*
*Flagitat aduentum: nec tali publica vota*
*Conſenſu tradunt atauî caluiſſe per vrbem,*
*Dacica bellipotens cùm fregerit Vlpius arma,*
*Atque indignantes in iura redegerit Arctos,*
f. faſces cinxere C.I. *Cùm [f] cinxere faces Hypanim, mirataq; leges*
*Romanum ſtupuit Mæotica terra tribunal.*
g. Nec P.C.L. *[g] Non tantis patriæ ſtudiis ad templa vocatus*
*Clemēs Marce redis, cùm gentibus vndiq. cinctam*
*Exuit Heſperiam paribus fortuna periclis.*
*Laus ibi nulla ducum: nā flameus imber in hoſtem*
h. fumante B. *Decidit: hunc dorſo trepidum [h] flāmante ferebat*
*Ambuſtus ſonipes; hic tabeſcente ſolutus*
*Subſedit galea, liquefactaque fulgure cuſpis*

*Canduit,*

Ayuntamiento de Madrid

*Canduit, & ſubitis fluxere vaporibus enſes.*
*Tunc contenta polo mortalis neſcia teli*
*Pugna fuit. Chaldæa mago ſeu carmina ritu*
*Armauere Deos: ſeu, quod reor, omne Tonantis*
*Obſequium Marci mores potuere mereri.*
*Nunc quoq. præſidium Latio non deeſſet Olympi,*
*Deficeret ſi noſtra manus. ſed prouidus æther*
*Noluit humano titulos auferre labori,*
*Ne tibi iam princeps ſoceri ſudore paratam,*
*Quam meruit virtus, ambiret fulmina laurum.*
*Iam toties miſſi proceres, reſponſa morandi*
*Rettulerant, donec differri longiùs vrbis*
*Communes non paſſa preces penetralibus altis*
*Proſiluit, vultuque palàm confeſſa coruſco*
*Impulit ipſa ſuis cunctantem Roma querelis,*
*Diſſimulata diu triſtes in amore repulſas.*
*Veſtra parens Auguſte queror. quonā vſq. tenebit*
*Prælatus mea vota Ligur? vetitumq; propinqua*
*Luce frui, ſpatiis* [i] *decernens gaudia paruis* — i. diſcernēs P.C.I.
*Torquebit Rubicon vicino nomine Thybrim?*
*Nónne ſemel ſpreuiſſe ſat eſt, cùm reddita bellis*
*Africa venturi ſpe luſit principis vrbem?*
*Nec duras tantis precibus permouimus aures?*
*Aſt ego frenabam geminos, quibus altior ires,*
*Electi candoris equos, & nominis arcum*
*Iam molita tui, per quem radiante decorus*
*Ingrederere toga pugnæ monumenta* [k] *dicabam,* — k ferebam B.
*Defenſam titulo Libyam teſtata perenni.*
*Iamq; parabantur pompæ ſimulacra futuræ*
*Tarpeio ſpectanda Ioui. cælata metallo*
*Claſſis, vt auratos ſulcaret remige fluctus,*
*Vt Maſſyla tuos anteirent oppida currus,*

Palladia-

Ayuntamiento de Madrid

*Palladiaq; comas innexus arundine Triton*
*Edomitis veheretur equis, & in ære trementem*
*Succinctæ famulum ferrent Atlanta cohortes.*
*Ipſe Iugurthinam ſubiturus carcere pænam,*
*Præberet fera colla iugo, vi captus, & armis,*
*Nec Bocchi, Syllæúe dolis, ſed prima remitto.*
*Nunc præſens etiam Getici me laurea belli*
*Declinare poteſt? ſedéſue capacior vlla*
*Tantæ laudis erit? tua te benefacta morantem*
f. tuis B. *Conueniunt, meritiś; [f] ſuis obnoxia virtus,*
g. Quos C. [g] *Quod ſeruauit, amat. iam flaueſcentia centum*
*Meſſibus æſtiuæ detondent Gargara falces,*
*Spectatosq; iterum nulli celebrantia ludos*
*Circumflexa rapit centenus ſæcula conſul.*
*His annis, qui luſtra mihi bis dena recenſent,*
*Noſtra ter Auguſtos intra pomeria vidi,*
*Temporibus variis: eadem ſed cauſſa tropæi*
*Ciuilis diſſenſus erat. venere ſuperbi*
*Scilicet vt Latio reſperſos ſanguine currus*
*Adſpicerem. quiſquámne piæ lætanda parenti*
*Natorum lamenta putat? fauere tyrannis,*
*Sed nobis periere tamen. cum Gallica vulgo*
*Prælia iactaret, tacuit Pharſalica Cæſar.*
*Namque inter ſocias acies, cognatáq; ſigna,*
*Vt vinci miſerum, numquam viciſſe decorum.*
*Reſtituat priſcum per te iam gloria morem*
*Verior, & fructum ſinceræ laudis ab hoſte*
*Deſuetum iam redde mihi, ſumptiśq; furoris*
*Externis ſpoliis ſontes abſolue triumphos.*
*Quem precor ad finem Laribus ſeiuncta poteſtas*
*Exſulat, imperiumq; ſuis à ſedibus errat?*
*Cur mea quæ cunctis tribuêre Palatia nomen*

Neglecto

Neglecto ſqualent ſenio? nec creditur orbis
g Illic poſſe regi? medium non deſerit vmquam — g. Illinc I.
Cæli Phœbus iter, radiis tamen omnia luſtrat.
Segnius an veteres Iſtrum, Rhenumq; tenebant,
Qui noſtram coluere domum? leuiuſne timebant
Tigris, & Euphrates, cũ fœdera Medus, & Indus
Hinc peteret, pacemq; mea ſperaret ab arce?
Hic illi manſere viri, quos mutua virtus
Legit, & in nomen Romanis rebus adoptans,
Iudicio pulcram ſeriem, non ſanguine duxit.
Hic proles atauum deducens Ælia Neruam,
Tranquilliq; pij, bellatoresq; Seueri.
h Hic ciuis dignare forum, conſpectaq; ludum — h. Hoc P.
Ora refer, pompam recolens ſub mente priorem,
Quem tenero patris comitem ſuſceperat æuo,
Nunc duce cum ſocero iuuenem te Thybris adoret.
Orantem medio princeps ſermone reſoluit.
Numquam aliquid fruſtra per me voluiſſe dolebis
O Dea, nec legum fas eſt occurrere matri.
Sed nec poſt Libyam (falſis ne perge querelis
Incuſare tuos) patriæ mandata vocantis
Spreuimus: aduectæ miſſo Stilicone curules,
Vt noſtras tibi Roma vices pro principe Conſul
Impleret, generoq; ſocer: vidiſtis in illo
Me quoq;, ſic credit pietas: nec ſanguine ſolo,
Sed claris potius factis experta parentem.
Cuncta quidem centũ nequeã perſtringere linguis,
Quæ pro me, mundoq; gerit: ſed ab omnibus vnũ,
Si fama non dum patuit, te Roma docebo,
Subiectum noſtris oculis, & cuius agendi
Spectator, vel cauſſa fuit, populator Achiuæ,
Biſtoniæq; plagæ, crebris ſucceſſibus amens.



Ayuntamiento de Madrid

*Et ruptas animis ſpirans immanibus Alpes,*
*Iam Ligurum trepidis admouerat agmina muris,*
*Tutior auxilio brumæ, quòd gentibus illis*
*Frigore conſuetis fauet inclementia cæli,*
*Meq; minabatur calcato obſidere vallo,*
*Spem vano terrore fouens, ſi forte remotis*
*Præſidiis vrgente metu, qua vellet obirem*
*Conditione fidem: nec me timor impulit vllus,*
*Et duce venturo fretum, memoremq; tuorum*
*Roma ducũ quibus haud vnquã vel morte parata*
*Fœdus lucis amor pepigit diſpendia famæ.*
*Mox & per Latium ſtellarum more videbam*
*Barbarico ardere focos. iam claſſica primos*
*Excieran vigiles, gelida cùm pulcer ab Arcto*
*Aduentu Stilico: medius ſed clauſerat hoſtis*
*Inter me, & ſocerum: pontemq; viamq; tenebat*
*Addua, quo ſciſſas ſpumoſior incitat vndas.*
*Quid faceret? differret iter? diſcrimina nullas*
*Noſtra dabant adeunda moras. perrũperet agmen?*
*Sed paucis comitatus erat: nam plurima retro*
*Dum nobis properat ſuccurrere, liquerat arma*
*Extera, vel noſtras acies. hæc ille locutus*
*Ancipiti, longum ſocias, tardumq; putauit*
*Exſpectaſſe manus, & noſtra pericula tendit*
*Poſthabitis pulſare ſuis, mediumq; per hoſtem*
*Flamatus virtute pia, propriæq; ſalutis*
*Immemor; & ſtricto proſternens obuia ferro,*
*Barbara fulmineo fecit tentoria curſu.*
*Nunc mihi Tydiden attollant carmina vatum,*
*Quod iuncto fidens Ithaco patefacta Dolonis*
*Indicio, dapibusq; ſimul, religataq; ſomno*
*Thracia ſopiti penetrauerit agmina Rheſi,*

*Graia-*

*Graiaq́; rettulerit captos ad caſtra iugales.*
*Quorum, ſi qua fides augentibus omnia Muſis,*
*Impetus exceſſit Zephyros, candorq́; pruinas.*
*Ecce virum, taciti nulla qui fraude ſoporis*
*Enſe palàm ſibi pandit iter, remeatq́; cruentus,*
*Et Diomedeis tantum præclarior auſis,*
*Quantum lux tenebris, manifeſtaq́; prælia furtis.*
*Adde quod & ripis ſteterat munitior hoſtis,*
*Et, cui non vigilem fas eſt componere Rheſum,*
*[b] Traxerat hic Thracum domitor. nõ tela retardãt,* b. Threx erat P.
*Obice non hæſit fluuij. ſic ille minacem*
*Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens*
*Traiecit clypeo Thybrim, quo texerat vrbem*
*Tarquinio mirante Cocles, mediiſque ſuperbus*
*Porſennam reſpexit aquis. celer Addua noſtro*
*Sulcatur ſocero: ſed cùm tranſnares, Etruſcis*
*Ille dabat tergum, Geticis hic pectora bellis.*
*Exſere nunc doctos tantæ certamine laudis*
*Roma choros, & quanta tuis facundia pollet*
*Ingeniis, noſtrum digno ſonet ore parentem.*
*Dixit, & antiquæ [c] muros egreſſa Rauennæ* c. muris P. antiquis muris P.
*Signa mouet, iamq́; ora Padi, portuq́. relinquit*
*Flumineos, certis vbi legibus aduena Nereus*
*Æſtuat, & pronas puppes nunc amne [d] ſecundo,* d. retruſo, C.I.
*Nunc redeunte vehit, nudataque litora fluctu*
*Deſerit, Oceani lunaribus æmula damnis.*
*Lætior hinc fano recipit fortuna vetuſto,*
*Deſpiciturq́; vagus prærupta valle Metaurus,*
*Qua mons arte patens viuo ſe perforat arcu,*
*Admiſitq́; viam ſectæ per viſcera rupis,*
*Exſuperans delubra Iouis, ſaxoq́; minantes*
*Apenninigenis cultas paſtoribus aras.*

Quin

Quin & Clitumni ſacras victoribus vndas,
Candidaque Latiis præbent armenta triumphis,
Viſere cura fuit: nec te miracula fontis
Prætereunt: tacito paſſu quem ſi quis adiret,
Lentus erat: ſi voce gradum maiore citaſſet,
Commiſtis feruebat aquis. cumque omnibus vna
Sit natura vadis, ſimiles vt corporis vmbras
Oſtendant: hæc ſola nouam iactantia ſortem,
Humanos properant imitari flumina mores.
Celſa dehinc patulũ proſpectans Narnia campum
Regali calcatur equo, rariq; coloris
Non procul amnis abeſt vrbi, qui nominis auctor
Ilice ſub denſa ſiluis arctatur opacis.
g. amfractibus P. Inter vtrumq; iugum tortis g anfractibus albet.
Inde ſalutato libatis Thybride lymphis,
Excipiunt arcus, operoſaq; ſemita vaſtis
Molibus, & quidquid tantæ præmittitur vrbi.
Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ
Spe propiore tori mater ſollertior ornat
Adueniente proco, veſteſq; & cingula comit
Sæpe manu, viridique anguſtat iaſpide pectus,
Subſtringitq; comam gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aures.
Sic oculis placitura tuis, inſignior auctis
Collibus, & nota maior ſe Roma videndam
Obtulit. addebant pulcrum noua mœnia vultum,
Audito perfecta recens rumore Getarum.
Profecitq; opifex decori timor, & vice mira,
Quam pax intulerat, bello diſcuſſa ſenectus
Erexit ſubitas turres, cinctoſque coëgit
Septem continuo montes iuueneſcere muro.
Ipſe fauens votis, ſolitoq; decentior aër,

Quam-

*Quamuis aſſiduo noctem fœdauerat imbre,*
*Principis, & Solis radiis deterſa remouit*
*Nubila.* [g] *nam pluuiis ideo turbauerat omnes* g.nam quã ideo pluuiis P.C.I.
*Antè dies, lunamq; rudem madefecerat Auſter,*
*Vt tibi ſeruatum ſcirent conuexa ſerenum.*
*Omne, Palatino quà pons à colle recedit*
*Muluius, & quantum licuit conſurgere tectis,*
*Vna replet turbæ facies: vndare videres*
*Ima viris, altas* [h] *effulgere matribus ædes.* h.fulgere & P.
*Exſultant iuuenes æquæui principis annis,*
*Temnunt priſca ſenes, & in hunc ſibi proſpera* [i] *fata* i.fati P.C.
*Gratantur duraſſe diem, moderataq; laudant*
*Tempora, quòd clemens aditu,* [k] *quo tempore ſolus* k.quòd pectore P.C.I.
*Romanos vetuit currum præcedere patres.*
*Cùm tamen Eucherius, cui regius vndiq. ſanguis,*
*Atque Auguſta ſoror, fratri præberet ouanti*
*Militis officium, ſic illum dura parentis*
*Inſtituit pietas, in ſe, vel pignora parci.*
*Quiq. neget nato, procerum quod præſtet honori.*
*Hoc ſibi cura ſenum, maturaq. comprobat ætas,*
*Idq. inter veteris ſpeciem, præſentis & aulæ*
*Iudicat hunc ciuem, dominos veniſſe priores,*
*Conſpicuas cum flore genas, diademate crinem*
*Membraq; gemmato trabeæ viridantia cinctu,*
*Et fortes humeros & certatura Lyæo*
*Inter Erythræos ſurgentia colla ſmaragdos.*
*Mirari ſine fine nurus, ignaraque virgo,*
*Cui ſimplex calet ore pudor, per ſingula cernens*
*Nutricem conſultat anum, quid fixa draconum*
*Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur*
*Sibila, ſuſpenſum rapturi faucibus hoſtem.*
*Vt chalybe indutos equites, & in ære latentes*



Ayuntamiento de Madrid

*Vidit cornipedes: quanam de gente rogabat*
*Ferrati venere viri? quæ terra metallo*
*Naſcentes informat equos? num Lemnius auctor*
*Addidit hinnitum ferro, ſimulacraque bellis*
*Viua dedit? gaudet metuens, & pollice monſtrat,*
*Quòd picturatas galeæ Iunonia criſtas*
*Ornet auis, vel quòd rigidos vibrata per armos*
*Rubra ſub aurato criſpentur ſerica dorſo.*
*Tunc tibi magnorum mercem fortuna laborum*
*Perſoluit Stilico, curru cùm vectus eodem*
*Vrbe triumphantem generum florente iuuenta*
*Conſpiceres, illumq; diem ſub corde referres,*
*Quo tibi confuſa dubiis formidine rebus*
*Infantem genitor moriens commiſit alendum.*
*Virtutes variæ fructus ſenſere receptos:*
*Depoſitum ſeruaſſe fides: conſtantia paruum*
*Præfeciſſe orbi: pietas fouiſſe propinquum.*
*Hic eſt ille puer, qui nunc ad Roſtra Quirites*
*Euocat, & ſolio fultus genitoris eburno,*
*Geſtarum patribus cauſſas ex ordine rerum,*
*Euentuſq; refert; veterumq; exempla ſecutus*
*Digerit imperij ſub iudice facta Senatu.*
*Nil cumulat, verbiq; nihil fiducia celat.*
*Fucati ſermonis opem mens conſcia laudis*
*Abnuit. agnoſcunt proceres, habituq; Gabino*
*Principis, & ducibus circum ſtipata togatis*
*Iure paludatæ iam Curia militat aulæ.*
a. ædes B. *Aſſuit ipſa ſuis* [a] *talis victoria templis*
b. pinna P. pompa. C.1. *Romanæ tutela togæ: quæ diuite* [b] *penna*
*Patricij reuerenda fouet ſacraria cœtus,*
*Caſtrorumq; eadem comes indeſeſſa tuorum,*
*Nunc tandem frueris votis, atq; omne futurum*

Te

*Te Roma, ſeſeq́; tibi promittit in æuum.*
*Hinc te iam patriis Laribus via nomine vero*
*Sacra refert: flagrat ſtudiis concordia vulgi,*
*Quam non illecebris diſperſi colligis auri;*
*Nec tibi venales captant æraria plauſus*
*Corruptura fidem, meritis offertur inemtus*
*Pura mente fauor. nam munere rarior omni*
*Adſtringit ſua quemq; ſalus. procul ambitus errat.*
*Non quærit pretium, vitam qui debet amori.*
*O quantum populo ſecreti numinis addit*
*Imperij præſens ſpecies, quantamq; rependit*
*Maieſtas alterna vicem, cùm regia, circi,*
*Connexum gradibus veneratur purpura vulgus,*
*Conſenſuq; caua ſublatus in æthera vallis*
*Plebis adoratæ reboat fragor, vnaq; totis*
*Intonat Auguſtum ſeptenis arcibus Echo.*
*Nec ſolis heic curſus equis: aſſueta quadrigis*
*Cingunt arua tigres, ſubitæq; adſpectus arenæ*
*Diffundit Libycos aliena valle cruores.*
*Heic & belligeros exercuit area luſus.*
*Armatos heic ſæpe choros, certaq; vagandi*
*Textas lege fugas, inconfuſoſq; recurſus,*
*Et pulcras errorum [c] artes, iucundaq; Martis* c. acies, C.I.
*Cernimus. inſonuit cùm verbere ſigna magiſter,*
*Mutatos edunt pariter tunc pectora motus,*
*In latus [d] illiſia clypeis, aut rurſus in altum* d. alliſis P. C.I.
*Vibratis. graue parma [e] ſonat mucronis acutum* e. ſonat mucronis acuti P.
*Murmur, & vmbonũ pulſu modulante [f] reſultas,* f. reſultat P.C.I.
*Ferreus alterno concentus clauditur enſe.*
*Vnà omnis ſubmiſſa phalanx, tantæq; ſalutant*
*Te princeps galeæ: partitis inde catervis*
*In varios docto diſcurritur ordine gyros,*

*Quos neq. ſemiferi Gortynia tecta iuuenci,*
*Flumina nec crebro vincant Mæandria flexu,*
*Diſcreto reuoluta gradu . torquentur in orbes*
*Agmina, perpetuiſque immoto cardine clauſtris*
*Ianus bella premens, læta ſub imagine pugnæ*
*Armorum innocuos paci largitur honores.*
*Iamque nouum faſtis aperit felicibus annum*
*Ore coronatus gemino: iam Thybris in vno*
*Et Bruti cernit trabeas, & ſceptra Quirini.*
*Conſulę lętatur poſt plurima ſecula viſo*
*Pallanteus apex, agnoſcunt Roſtra curules*
*Auditas quondam proauis, deſuetaq; cingit*
*Regius auratis fora faſcibus Vlpia lictor,*
*Et ſextas Getica præuelans fronde ſecures*
*Colla triumphati proculcat Honorius Iſtri.*
*Exeat in populos cunctis illuſtrior annus,*
*Natus fonte ſuo: quem non aliena per arua*
*Induit hoſpes honor: cuius cunabula fouit*
*Curia: quem primi tandem videre Quirites:*
*Quem domitis auſpex peperit victoria bellis.*
*Hunc & priuati titulis famulantibus anni,*
*Et quos armipotens genitor, Regeſq. priores*
*Diuerſis geſſere locis, ceu Numen adorent.*
*Hunc & quinque tui, vel quos habiturus in vrbe,*
*Poſt alios Auguſte colant: licet vnus in omnes*
*Conſul eas, magno ſextus tamen iſte ſuperbit*
*Nomine, præteritis melior, venientibus auctor.*

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI IN [a]MALLII, THEODORI CONSVLATVM

a. Vide Onuphrium Faſt. lib. III.

## PROLOGVS.

AVDEBISNE precor doctæ ſubiecta cateruæ
Inter tot proceres noſtra Thalia loqui?
Nec te fama vetat, vero quam celſius actam
Vel ſeruaſſe labor, vel minuiſſe pudor.
An tibi contemni creuit fiducia caſtris?
Totque iam vatum pectora miles habet?
Culmina Romani, maieſtatemq; Senatus,
Et, quibus exſultat Gallia, cerne viros.
Omnibus audimur terris, vndiq; per aures
Ibimus. ah nimius Conſulis vrget amor.
Iupiter, vt perhibent, ſpatium cùm diſcere vellet
Naturæ, regni neſcius ipſe ſui,
Armigeros vtrimque duos æqualibus alis,
Miſit ab Eois, occiduiſque plagis.
Parnaſſus geminos fertur iunxiſſe volatus;
Contulit alternas Pythius axis aues.
Princeps non aquilis terram cognoſcere curat:
Certius in nobis æſtimat imperium.
Hoc ego concilio collectum metior orbem:
Hoc video cœtu quidquid vbique micat.

# CL. CLAVDIANI DE CONSVLATV MALLII THEODORI,

## PANEGYRIS.

IPSA quidem virtus pretium ſibi, ſolaq; latè
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis
Erigitur, plauſúve petit clareſcere (vulgi.
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Diuitiis animoſa ſuis, immotaq; cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.
a. Hanc tamen C. [a] Attamen inuitam blandè veſtigat, & vltro
Ambit honor: docuit toties à rure profectus
Lictor, & in mediis Conſul quæſitus aratris.
Te quoq; naturæ ſacris, mundiq; vacantem,
Emeritum pridem, deſudatiſq; remotum
Iudiciis, eadem rurſus complexa poteſtas
Euehit, & reducem notis imponit habenis.
Accedunt trabeæ; nil iam Theodore relictum,
Quo virtus animo creſcat, vel ſplendor honore.
Culmen vtrumq; tenes. talem te protinus anni
Formauêre rudes, & dignum vita curuli
Traxit iter, primæq; ſenes ceſſêre iuuentæ.
Iam tunc canities animi, iam dulce loquendi
Pondus, & attonitas ſermo qui duceret aures.
Mox vndare foro victrix opulentia linguæ,
Tutariq; reos. ipſa hæc ampliſſima ſedes
Orantem ſtupuit, bis laudatura regentem.

Hinc

*Hinc te pars Libyæ moderantem iura probauit,*
*Quæ nunc tota probat: longi ſed pignus amoris*
*Exiguæ peperere moræ, populumq́; clientem*
*Publica* [b] *manſuris teſtantur vocibus æra.* b, māſuetis P.I.
*Inde tibi Macedûm tellus, & condita Pellæ*
*Mœnia, quæ famulus quondam ditauit Hydaſpes.*
*Tantaque commiſſæ reuocaſti gaudia genti*
*Mitibus arbitriis, quantum bellante Philippo*
*Floruit, aut nigri cecidit cùm regia Pori.*
*Sed non vlterius te præbuit vrbibus aula,*
*Maluit eſſe ſuum. terris edicta daturus*
*Supplicibus reſponſa venis. oracula Regis*
*Eloquio creuêre tuo, nec dignius vmquam*
*Maieſtas meminit ſeſe Romana locutam.*
*Hinc ſacræ mandantur opes, orbisq; tributa*
*Poſſeſſi quidquid fluuiis euoluitur auri:*
*Quidquid luce procul venas rimata ſequaces*
*Abdita pallentis fodit ſollertia Beſſi.*
*Ac velut* [c] *exſertus lentandis nauita tonſis* c. excitus C.
*Præficitur lateri cuſtos. hinc ardua proræ*
*Temperat, & fluctus tempeſtateſque futuras*
*Edocet, aſſiduo cùm Dorida vicerit vſu.*
*Iam clauum, totamque ſubit torquere carinam.*
*Sic cùm clara diu rerum documenta dediſſes,*
*Non te parte ſui, ſed in omni corpore ſumſit*
*Imperium, cunctaq́; dedit telluræ regendos*
*Rectores. Hiſpana tibi, Germanaque Tethys*
*Paruit, & noſtro diducta Britannia mundo,*
*Diuerſoq́; tuas coluerunt gurgite voces.*
*Lentus Arar, Rhodanusq; celer, & diues Iberus.*
*O quoties doluit Rhenus, quà Barbarus ibat,*
*Quòd te non geminis frueretur iudice ripis.*

*Vnius ſit cura viri, quodcumque rubeſcit*
*Occaſu, quodcumque dies deuexior ambit.*
*Tam celer aſſiduos expleuit curſus honores.*
*Vna poteſtatum ſpatiis interfuit ætas,*
*Totq; gradus fati iuuenilibus intulit annis.*
*Poſt quã parta quies, & ſummũ nacta cacumen:*
*Iam ſecura petit priuatum gloria portum,*
a: ſtudiiq. B. *Ingenij redeunt fructus, [a] aliiq; labores,*
*Et vitæ pars nulla perit. quodcumque recedit*
*Litibus, incumbit ſtudiis, animuſq; viciſſim*
*Aut curam imponit populis, aut otia Muſis.*
*Omnia Cecropiæ relegis ſecreta ſenectæ,*
*Diſcutiens quid quiſque nouum mandauerit æuo,*
*Quantaq; diuerſæ producant agmina ſectæ.*
*Namque alius princeps rerum diſponitur aër:*
*Hic confidit aquis: hic procreat omnia flammis.*
*Alter in Ætnæas caſurus ſponte fauillas*
*Diſpergit, reuocatq; Deum, rurſuſq; receptis*
*Nectit amicitiis quidquid diſcordia ſoluit.*
*Corporis hic damnat ſenſus, verumq; videri*
*Pernegat: hic ſemper lapſuræ pondera terræ*
*Conatur rapido cæli fulcire rotatu,*
*Accenditq; diem prærupti turbine ſaxi.*
*Ille ferox, unoq; tegi non paſſus Olympo,*
*Immenſum per inane volat, finemq; peroſus*
*Parturit innumeros anguſto pectore mundos.*
*Hi vaga collidunt cæcis primordia plagis:*
*Numina conſtituunt alij, caſuq; relegant.*
*Graiorum obſcuras Romanis floribus artes*
*Irralias, vicibus gratis formare loquentes*
*Suetus, & alterno verum contexere nodo:*
*Quidquid Socratico manauit ab ordine, quidquid*

Docta

Docta Cleantheæ ſonuerunt atria turbæ,
Inuentum quodcumque tuo Chryſippe receſſu,
Quidquid Democritus riſit, dixitq; tacendo
Pythagoras. vno ſe pectore cuncta vetuſtas
Condidit, & maior collectis viribus exit.
Ornantur veteres, & nobiliore magiſtro
In Latium ſpretis Academia migrat Athenis,
Vt tandem propius diſcat, quo fine beatum
Dirigitur; quæ norma boni, quis limes honeſti;
Quænam membra ſui virtus diuiſa domandis
Obiectet vitiis; quæ pars iniuſta recidat,
Quæ vincat ratione metus, quæ frenet amores.
[b] At quoties elementa doces, ſemperq; fluentis b. Aut F.
Materiæ cauſſas: quæ vis animauerit aſtra,
Impleritq; choros: quo viuat machina motu.
Sidera cur ſeptem retro nitantur in ortus
Obluctata polo, variiq; meatibus idem
Arbiter, an geminæ conuertant æthera mentes.
Sitne color proprius rerum, lucíq; repulſu
Eludant aciem: tumidos quæ Luna recurſus
Nutriat Oceani: quo fracta tonitrua vento.
Quis trahat imbriferas nubes; quo ſaxa creentur
Grãdinis. vnde rigor niuibus: quæ [c] flagra per auras c. flabra P.C.L.
Excutiant rutilos tractus, aut fulmina velox
Torqueat, aut triſtem figat crinita cometen.
Iam tibi compoſitã fundauerat ancora puppim;
Telluris iam certus eras: facunda placebant
Otia; naſcentes ibant in ſecula libri.
Cùm ſubitò liquida ceſſantem vidit ab æthra
Iuſtitia, & tanto viduatas iudice leges:
Continuò frontem limbo velata pudicam,
Deſerit autumni portas, quà vergit in auſtrum

*Signifer, & noctis reparant diſpendia Chelæ.*
*Pax auibus, quacumq. volat, rabiemq; frementes*
*Depoſuêre feræ: lætatur terra reuerſo*
*Numine, quod priſci poſt tempora perdidit auri.*
*Illa per occultum Ligurum ſe mœnibus infert,*
a. plantis 3. *Et caſtos leuibus [a] plauſtris ingreſſa Penates,*
*Inuenit ætherios ſignantem in puluere curſus,*
*Quos pia ſollicito deprendit pollice Memphis:*
*Quæ moueant momenta polũ, quàm certus in aſtris*
*Error. quis tenebras Solis, cauſisq; meantem*
b. inuideat P.C.I. *Defectum [b] videat numeris, quæ linea Phœben*
*Damnet, & excluſo pallentem fratre relinquat.*
*Vt procul adſpexit fulgentia virginis ora,*
*Cognouitque Deam: vultus veneratur amicos,*
*Occurrit, ſcriptæque notas confundit arenæ.*
*Tunc ſic Diua prior. Malli ſincera bonorum*
*Congeries, in quo veteris veſtigia recti,*
*Et ductos video mores meliore metallo:*
*Iam ſatis indultum ſtudiis, Muſæq; tot annos*
*Eripuere mihi, pridem te iura repoſcunt.*
*Aggredere, & noſtro rurſum te redde labori:*
*Nec tibi ſufficiat tranſmiſſæ gloria vitæ.*
*Humanum curare genus quis terminus vmquam*
*Præſcripſit? nullas recipit prudentia metas.*
*Adde quod hæc potuit multis contingere ſedes,*
*Sed meritis tantùm redeunt, actusq; priores*
*Commendat repetitus honor, virtusque reducit,*
*Quos fortuna regit. melius, magnoque petendum*
*Credis, in abſtruſa rerum ratione morari?*
*Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis*
*Erexêre magis, quàm qui reſponſa ſecutus*
c. vrbemq. P.C.I. *Obruit Eoas claſſes, [c] vrbesq; carinis*

*Vexit,*

Ayuntamiento de Madrid

Vexit, & arſuras Medo ſubduxit Athenas.
Spartanis potuit robur præſtare Lycurgus
Matribus, & ſexum leges vicêre ſeueræ.
Ciuibus & veritis ignauo credere muro,
Tutius obiecit nudam Lacedæmona bellis.
At non Pythagoræ monitus, anniq́ue ſilentes
Famoſum Oebalij luxum preſſere Tarenti.
Quis verò inſignem tanto ſub principe curam
Reſpuat? aut quando meritis maiora patebunt
Præmia? quis demens adeò, qui iungere ſenſus
Cum Stilicone neget? ſimilem quæ pertulit ætas
Conſilio, vel Marte virum? nunc Brutus amaret
Viuere ſub regno tali: ſuccumberet aulæ
Fabricius: cuperent ipſi ſeruire Catones.
Nónne vides, vt noſtra ſoror Clementia triſtes
Obtundat gladios, fratres amplexa ſerenos
Aſſurgat pietas, fractis vt lugeat armis
Perfidia, & laceris morientes crinibus hydri
Lambant inualido Furiarum vincla veneno.
Exſultat cum pace fides: iam ſidera cunctæ
Linquimus, & placidas inter diſcurrimus vrbes.
Nobiſcum Theodore redi. ſubit ille loquentem
Talibus. agreſtem dudum me Diua reuerti
Cogis, & infectum longi rubigine ruris
Ad tua ſigna vocas. numquam mihi cura tot annis
Altera, quàm duras ſulcis mollire nouales,
Noſce ſoli vires, nemori quæ commoda rupes,
Quis felix oleæ tractus, quæ glæba faueret
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles.
Terribiles rurſum lituos veteranus adibo?
Et deſueta vetus tentabo cærula vector?
Collectamq́ue diu, & certis vtrimq. locatam
Sedibus

*Sedibus in dubium patiar deponere ſamam?
Nec me quid valeat natura fortior vſus
Preterit, aut quantum neglectæ deſluat arti.
Deſidis aurigæ non audit verbera currus:
Nec manus agnoſcit, quem non exercuit, arcum.
Eſſe ſed iniuſtum fateor quodcumque negatur
Iuſtitiæ, tu prima hominem ſilueſtribus antris
Elicis, & fœdo detergis ſecula victu.
Te propter colimus leges, animeſq; ferarum
Exuimus. nitidis quiſquis te ſenſibus hauſit;
Irruet intrepidus flammis: hybernaſecabit
Æquora: conſertos hoſtes ſuperabit in armis.
Ille vel Æthiopum pluuiis ſolabitur æſtus:
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aër.
Sic fatus tradente Dea ſuſcepit habenas,
Quatuor ingentis iuris temone refuſas.
Prima Padum, Tiberimq; ligat, crebriſq; micantem
Vrbibus Italiam: Lydos, Pœnoſq; ſecunda
Temperat: Illyrico ſe tertia porrigit orbi.
Vltima Sardiniam. Cyrnon, triſidamq; retentat
Sicaniam, & quidquid Tyrrhena funditur vnda,
Vel gemit Ionia. nec te tot limina rerum,
Aut tantum turbauit onus: ſed vt altus Olympi
Vertex, qui ſpatio ventos, hiemeſq; relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum,
Celſior exſurgit pluuiis, auditq; ruentes
Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat.
Sic patiens animus per tanta negotia liber
Emergit, ſimiliſq; ſui, iuſtiq; tenorem
Flectere non odium cogit, non gratia ſuadet.
Nam ſpretas quis opes, intactaq; pectora lucro
Commemoret? fuerint aliis hæc forte decora.*

Nulla

Ayuntamiento de Madrid

Nulla poteſt laus eſſe tibi, quæ crimina purget.
Seruat inoffenſam diuina modeſtia vocem,
Temperiem ſeruant oculi, nec lumina feruor
Aſperat, aut [a] rabidus diffundit ſanguine venas, a. rapidus ſuffundit P.C.I.
Nullaq; mutati tempeſtas proditur oris.
Quinetiam ſontes expulſa corrigis ira,
Et placidus delicta domas: nec dentibus vmquam
Inſtrepis horrendum, fremitu nec verbera poſcis.
Qui fruitur pœna, ferus eſt, legumq; videtur
Vindictam præſtare ſibi, cùm viſcera felle
Canduerint; ardet ſtimulis, ferturq; nocendi
Prodigus, ignarus cauſſæ. Dîs proximus ille eſt,
Quem ratio, non ira mouet: qui facta rependens
Conſilio punire poteſt. mucrone cruento
Se iactent alij, ſtudeant feritate timeri,
[b] Abductoq; hominum cumulent æraria cenſu. b. Addictoque P.C.I.
Lene fluit Nilus, ſed cunctis amnibus extat
Vtilior, nullas confeſſus murmure vires.
Acrior at rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas: eadem clementia ſenſim
Gurgitis immenſum [c] deduxit in oſtia Gangem: c. deducis, P.C.I.
Torrentes immane fremant, lapſiſq; minentur
Pontibus, inuoluant ſpumoſo vertice ſiluas.
Pax maiora decet: peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit, mandataq; fortius vrget
Imperioſa quies. idem prædurus iniquas
Accepiſſe preces: rurſus quæ digna petitu
Largitor facilis: nec, quæ comitatur honores,
Auſa tuam leuiter tentare ſuperbia mentem.
Frons priuata manet: [d] non ſe meruiſſe fatetur, d. nec P.C.I.
Qui creuiſſe putat: rigidi ſed plena pudoris
Elucet grauitas faſtu iucunda [e] remoto. e. modeſto P.C.I.



Ayuntamiento de Madrid

*Quæ non ſeditio, quæ non inſania vulgi,*
*Te viſo lenita cadat? quæ diſſona ritu*
*Barbaries, media quam non reuerentia frangat?*
*Vel quis non ſitiens ſermonis mella politi,*
*Deſerat Orpheos blanda teſtudine cantus?*
*Qualem te legimus teneri primordia mundi*
*Scribentem, aut partes animæ per ſingula, talem*
*Cernimus, & ſimiles agnoſcit pagina mores.*
*Nec dilata tuis Auguſto iudice merces*
*Officiis, illumq; habitum, quo iungitur aulæ*
a. Curis. [a] *Curia, qui ſocios proceres cum principe nectit,*
P.C. *Quem quater ipſe gerit, perfecto detulit anno,*
*Depoſuitque ſuas te ſuccedente curules.*
*Creſcite virtutes, fœcundaq; floreat ætas.*
*Ingeniis pateat campus, certusque merenti*
*Stet fauor, ornatur propriis induſtria donis.*
*Surgite ſopitæ, quas obruit ambitus, artes:*
*Nil licet inuidiæ, Stilico dum proſpicit orbi,*
*Sidereusq; gener. non heic violata curulis,*
*Turpia non Latios inceſtant nomina faſtos.*
*Fortibus hæc conceſſa viris, ſoliſq; gerenda*
*Patribus, & Romæ nunquam latura pudorem.*
*Nuntia votorum celeri iam fama volatu*
*Mouerat Aonios audito Conſule lucos:*
*Concinuit felix Helicon, fluxitq; Aganippe*
*Largior, & docti riſerunt floribus amnes.*
*Vraniæ redimita comas, quæ ſæpe magiſtro*
*Mallius igniferos radio deſcripſerat axes,*
*Sic alias hortata Deas: patimúrne ſorores*
*Optato procul eſſe die? nec limina noſtri*
b. arces?l. *Conſulis, & ſemper dilectas viſimus [b] ædes?*
*Et faſces ſubiiſſe libet? miracula plebi*

Colli-

Colligite, & claris nomen celebrate theatris.
Tu Iouis æquorei ſubmerſam fluctibus aulam
Oratum volucres Erato iam perge quadrigas,
A quibus haud vnquã palmam rapturus Arion.
Illuſtret circùm ſonipes, quicumque ſuperbo
Perſtrepit hinnitu Bætim, qui ſplendida potat
Stagna Tagi, madidoq; iubas adſpergitur auro.
Calliope liquidas Alcidem poſce palæſtras.
Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis
Adſit, & Eleo pubes laudata Tonanti.
Tu iuga Taygeti, frondoſaq; Mænala Clio
I Triuiæ ſupplex: non aſpernata rogantem
Amphitheatrali faueat Latonia pompæ.
Audaces legat ipſa viros, qui colla ferarum
Arte ligent, certoq; premant venabula niſu:
Ipſa truces fetus, captiuaq; ducat ab antris
Prodigia, & cædis ſitientem deferat arcum.
Conueniant vrſi, magna quos mole ruentes
Torua Lycaoniæ Helice miretur ab aſtris,
Perfoſſique ruant populo pallente leones,
Quales Mygdonio curru frenare Cybelle
Optat, & Herculei mallent fregiſſe lacerti.
Obuia fulminei properent ad vulnera pardi
Semine permiſto geniti, cùm forte leænæ
Nobiliorem vterum viridis corrupit adulter.
Hi maculis patres referunt, & robore matres.
Quidquid monſtriferis nutrit Getulea campis,
Alpina quidquid tegitur niue, Galica [a] ſi quid a. quid. quid Ald.
Silua timet, taceat: largo diteſcat arena
Sanguine: conſument totos ſpectacula montes:
Nec molles egeant noſtra dulcedine ludi.
Qui letis riſum ſalibus mouiſſe facetus,

Qui

Qui nutu, manibuſq; loquax, cui tibia flatu,
Cui plectro pulſanda chelys, qui pulpita ſocco
Perſonat, aut altè graditur maiore cothurno;
Et qui magna leui detrudens murmura tactu
h. modulatur C. Innumeras voces ſegetis [h] moderatur [i] aënę,
i. auenę, B. Intonat erranti digito, penituſq; trabali
Vecte, laborantes in carmina concitat vndas,
Vel qui more auium ſeſe iaculantur in auras,
Corporaq; ædificant celeri creſcentia nexu,
Quorum compoſitam puer augmentatus in artem
k. curribus C. l. Euicet, & vinctus plantæ vel [k] curribus herens
Pendula librato figat veſtigia ſaltu.
Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis,
Inq; chori ſpeciem ſpargentes ardua flammas
Scena rotet: varios effingat Mulciber orbes.
Per tabulas impune vagus, pictæq; citato
Ludant igne trabes, & non permiſſa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.
Laſciui ſubitò conſligant æquore lembi,
Stagnaq; remigibus ſpument inuerſa canoris.
Conſul per populos, idemq; grauiſſimus auctor
Eloquij, duplici vita ſubnixus in æuum
Procedat pariter libris, faſtiſq; legendus.
Accipiat patris exemplum, tribuatq; nepoti
Filius, & cœptis ne deſit faſcibus heres.
Decurrat trabeata domus, tradatq; ſecures
Mutua poſteritas, ſeruatéq; ordine fati
Mallia continuo numeretur Conſule proles.

CL.

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI DE LAVDIBVS STILICONIS LIBER I.

CONTINVANT Superi pleno Romana fauore
Gaudia, ſucceſſuſq; nouis ſucceſſibus augent.
Coniugij necdũ feſtiuos regia cãtus
Superat, cecinit fuſo Gildone triumphos,
Et calidis thalami ſucceſſit laurea ſertis,
Sumeret vt pariter princeps nomenq; mariti,
Victoriſque decus. Libyæ poſt prœlia crimen
Concidit Eoum, rurſuſq; Oriente ſubacto
Conſule defenſæ ſurgunt Stilicone ſecures.
Ordine vota meant. equidem ſi carmen in vnum
Tantarum ſperem cumulos aduoluere rerum,
Promtius imponam glaciali Pelion Oſſæ:
Si partem tacuiſſe velim, quodcumque relinquam,
Maius erit. veteres actus, primamq; iuuentam
a Proſequar, ad ſeſe mentem præſentia ducunt.
Narrem iuſtitiam, reſplendet gloria Martis.
Armati referam vires, plus egit inermis:
Quòd floret Latium, Latio quòd reddita ſeruit
Africa, vicinum quòd neſcit Iberia Maurum,
Tuta quòd imbellem miratur Gallia Rhenum.
An gelidam Thracem, decertatoſq; labores,
Hebro teſte canam? magnum mihi panditur æquor,
Ipſaque Pierios laſſant procliuia currus
Laudibus innumeris. etenim mortalibus ex quo
Tellus cœpta coli nunquàm ſincera bonorum

a. Perſequar, P. C.

Sors vlli conceſſa viro: quem vultus honeſtat,
b. ambit, C. Dedecorant mores: animus quem pulcrior [b] ornat,
Corpus deſtituit. ſbellis inſignior ille,
c. hic P. C. I. Sed pacem fœdat vitiis: [c] in publica felix,
Sed priuata minus. partitum ſingula quemque
Nobilitant. hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum ſollertia iuris,
Hunc ſoboles, caſtiq; tori. ſparguntur in omnes,
In te miſta fluunt, & quæ diuiſa beatos
Efficiunt, collecta tenes. quid facta reuoluam,
d. produ-ceret P. C. Militiamq; patris? cuius [d] protendere famam,
Si nihil egiſſet clarum, nec fida Valenti
Dextera duxiſſet rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilico. mens ardua ſemper,
A puero, tenerisq; etiam fulgebat in annis.
Fortunæ maioru honos, erectus & acer,
Nil breue moliri, nullis hærere potentum
Liminibus, faſtuq; loqui iam digna futuris.
Iam tunc conſpicuus, iam tunc venerabilis ibas,
Spondebatq; ducem celſi nitor igneus oris,
Membrorumq; modus, qualem nec carmina fingūt
Semideis. quacumq; altè gradereris in vrbe,
Cedentes ſpatiis, aſſurgentesq; videbas.
Quamuis miles adhuc, taciti ſuffragia vulgi
Iam tibi detulerant quidquid mox reddidit aula.
Vix primæuus eras, pacis cùm mitteris auctor
Aſſyriæ: tanta fœdus cum gente ferire
Commiſſum iuueni. Tigrim tranſgreſſus, & altum
Euphratem, Babylona petis: ſtupuere ſeueri
e. Perſarū R. [e] Parthorū proceres, & plebs pharetrata videndi
Flagrauit ſtudio, defixæq; hoſpite pulcro
Perſides, arcanum ſuſpirauere calorem.

Thu-

Thuris [f] odoratæ cumulis, & meſſe Sabæa  f.odorati. P.C.K.
Pacem conciliant aræ. penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, rituq; iuuencos
Chaldæo ſtrauere Magi. Rex ipſe micantem
Inclinat dextra pateram, ſecretaque beli,
Et vaga teſtatur voluentem ſidera mitram.
Si quando ſociis tecum venatibus ibant,
Quis Stilicone prior ferro penetrare leones
Cominus, aut longè virga transfigere tigres?
Flectenti faciles Medus tibi ceſſit habenas.
Torquebas refugum Parthus mirantibus arcum.
Nubilis intereà maturæ virginis ætas
Vrgebat patrias ſuſpenſo principe curas:
Quem ſimul imperioq; ducem, nataq; maritum
Proſpiceret, dubius toto quærebat ab axe
Dignum coniugio generum, thalamiq; Serenæ.
Iudicium virtutis erat: per caſtra, per vrbes,
Per populos animi cunctantis libra cucurrit.
Tu legeris, tantoſque viros quos obtulit orbis,
Intra conſilium vincis, ſenſumq; legentis,
Et gener Auguſti olim ſocer ipſe futurus
Accedis. radiis auri, Tyrioq; ſuperbit
Maieſtate torus. comitata parentibus exit
Purpureis virgo ſtabat pater inde tropæis
Inclytus: inde pium matris regina gerebat
Obſequium, grauibus ſubnectens flamea gemmis.
Tunc & Solis equos, tunc exſultaſſe choreis
Aſtra ferunt, mellisq; lacus, & flumina lactis
Erupiſſe ſolo, cùm floribus æquora vernis
Boſporus indueret, roſeisq; euincta coronis
Certantes Aſiæ tedas Europa leuaret.
Felix arbitrij princeps, qui congrua mundo

a. cenſit P. I. *Iudicat, & primus* [a] *cenſet quod cernimus omnes.*
*Talem quippe virum natis adiunxit, & aulæ;*
*Cui nec luxuries bello, nec blanda periclis*
*Otia, nec lucis fructu pretioſior vmquam*
*Laude fuit. quis enim Myſos in plauſtra feroces*
*Reppulit, aut ſæua Proponti cæde tumentes*
*Baſternas vna potuit delere ruina?*
*Pallantis iugulum Turno moriente piauit*
*Æneas, tractuſq; rotis vltricibus Hector*
*Irato vindicta fuit, vel quæſtus Achilli.*
*Tu neq. veſano raptas venalia curru*
*Funera, nec vanam corpus meditaris in vnum*
*Sæuitiam. turmas equitum, peditumq. cateruas,*
*Hoſtileſq; globos tumulo proſternis amici.*
*Inferiis gens tota datur, nec Mulciber auctor*
*Mendacis clypei, fabricataq; vatibus arma*
*Conatus iuuere tuos: tot Barbara ſolus*
*Millia, iam pridem miſeram vaſtantia Thracem*
*Finibus exiguæ vallis concluſa tenebas.*
*Nec te terriſonus ſtridor venientis Alani,*
*Nec vaga Hunorum feritas, non falce Gelonus,*
*Non arcu pepulere Getæ, non Sarmata conto.*
*Exſtinctiq; forent penitus, ni more maligno*
*Falleret Auguſtas occultus proditor aures,*
*Obſtrueretq; moras, ſtrictumq; reconderet enſem,*
*Solueret obſeſſos, præberet fœdera captis.*
*Aſſiduus caſtris aderat, rariſſimus vrbi.*
*Si quando trepida princeps pietate vocaret,*
*Vixq; ſalutatis Laribus, vix coniuge viſa,*
*Deterſo nec dum repetebat ſanguine campum.*
b. ignemq. I. *Nec ſtetit, Eucherij dum carperet oſcula ſaltem*
*Per galeam, patris ſtimulos,* [b] *igneſq; mariti*

*Vincit*

[a] *Vincit cura ducis. quoties ſub pellibus egit* a. Vicit F.
*Aedonas hiemes, & tardi flabra Bootæ*
*Sub diuo Rhipæa tulit! cumq; igne propinquo*
*Frigora vix ferrent alij: tunc iſte rigentem*
*Danubium calcabat eques, niuibusq; profundum*
*Scandebat criſtatus Athon, lateq; coruſco*
*Curuatas glacie ſiluas vmbone ruebat.*
*Nunc prope Cimmerij tendebat litora Ponti:*
*Nunc dabat hibernum Rhodope nimboſa cubile.*
*Vos Æni gelidæ valles, quas ſæpe cruentis*
*Stragibus æquauit Stilico. vos Thracia teſtor*
*Flumina, quæ largo mutaſtis ſanguine fluctus.*
*Dicite Biſaltæ, vel qui Pangæa iuuencis*
*Scinditis, offenſo quantæ ſub vomere putres*
*Diſſiliant glebis galeæ, vel qualia raſtris*
*Oſſa peremtorum reſonent immania Regum.*
*Singula complecti cuperem: ſed denſior inſtat*
*Geſtorum ſeries, laudumq; ſequentibus vndis*
*Obruimur. genitor cæſi poſt bella tyranni*
*Iam tibi commiſſis conſcenderat æthera terris.*
*Ancipites rerum ruituro culmine lapſus*
*Æquali ceruice ſubis. ſic Hercule quondam*
*Suſtentante polum, melius librata pependit*
*Machina, nec dubiis titubauit ſignifer aſtris,*
*Perpetuaq; ſenex ſubductus mole parumper*
*Obſtupuit proprij ſpectator ponderis Atlas.*
[b] *Nil ibi Barbariæ motus, nil turbida rupto* b. Nulli P.C.I.
*Ordine tentauit nouitas, tantoq; remoto*
*Principe mutatas orbis non ſenſit habenas.*
*Nil inter geminas acies, ceu libera frenis*
*Auſa manus. certè nec tantis diſſona linguis*
*Turba, nec armorum cultu diuerſior vnquam*

Confluxit populus, totam pater vndiq. ſecum
Mouerat Auroram: miſtus heic Colchus Iberis,
Heic mitra velatus Arabs, heic crine decoro
g. Aſaces, S. Sages, C. — Armenius, heic picta g Saces, fucataq; Medus,
Heic gemmata niger tentoria fixerat Indus,
Heic Rhodani procera cohors, heic miles alumnus
Oceani. ductor Stilico tot gentibus vnus,
h. Quot B. — h Quas vel progrediens, vel conſpicit occiduus Sol.
In quo tam vario vocum, generumq; tumultu
Tanta quies, iuriſq; metus ſeruator honeſti
Te moderante fuit, nullus vt vinea furtis,
Vt ſeges erepta fraudaret meſſe colonum,
Vt nihil aut ſæuum rabies, aut turpe libido
Suaderet: placidi ſeruirent legibus enſes.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum,
Vtq; ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.
Denique felices aquilas quocumque moueres,
Arebant tantis epoti millibus amnes.
Illyricum peteres, campi, monteſq; latebant.
Vexillum nauale dares, ſub puppibus ibat
Ionium, nullis ſuccincta Ceraunia nimbis,
Nec iuga Leucatæ feriens ſpumantia fluctu
Deterrebat hiems. tu ſi glaciale iuberes
Veſtigare fretum, ſecuro milite ducti
Stagna reluctantes quaterent Saturnia remi.
Si deſerta Noti, fontem ſi quærere Nili,
Æthiopum medios penetraſſent vela vapores.
Te memor Eurotas, te ruſtica Muſa Lycæi,
Te paſtorali modulantur Mænala cantu,
Partheniumq; nemus, quod te pugnante reſurgẽs,
Ægra caput mediis erexit Græcia flammis.
Plurima Parrhaſius tunc inter corpora Ladon
Hæſit:

Ayuntamiento de Madrid

Hæſit; & Alpheus Geticis anguſtus aceruis,
Tardior ad Siculos etiam nunc pergit amores.
Miramur [b] rapidis hoſtem ſuccumbere bellis, b. rabidis B.
Cùm ſolo terrore ruant: non claſſica Francis
Intulimus, iacuere tamen: non Marte Sueuos
Contudimus, quis iura damus quis credere poſſit?
Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.
Cedant Druſe tui, cedant Traiane labores:
Veſtra manus dubio quidquid diſcrimine geſſit,
Tranſcurrens egit Stilico, totidemq́; diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuiſtis in annis.
Quem ferro, alloquiis, quem vos cum milite, ſolus
Impiger à primo deſcendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus, & iuncta paludibus ora
[c] Fulmineum perſtrinxit iter. ducis impetus vndas c. Flumineum P C.I.
Vincebat celeres & pax à fonte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis. ingentia quondam
Nomina, crinigero flauentes vertice Reges,
Qui nec principibus donis, precibusq́; vocati
Paruerant, iuſſi properant, ſegniq́; verentur
Offendiſſe mora. tranſuecti lintribus amnem,
Occurſant vbicumq. velis. nec fama fefellit
Iuſtitiæ. videre pium, videre fidelem.
Quem veniens timuit, rediens Germanus amauit,
Illi terribiles, quibus etia vendere ſemper
Mos erat, & fœda requiem mercede paciſci,
Natis obſidibus pacem tam ſupplice vultu,
Captiuoq; rogant, quàm ſi poſt terga reuincti
Tarpeias preſſis ſubeant ceruicibus arces.
Omne quod Oceanum, [d] fontemq; interiacet Iſtri, d. fonteſq; C.I.
Vnius incurſu tremuit. ſine cæde ſubactus
Seruitio Boreas, exarmatiq; Triones



Ayuntamiento de Madrid

*Tempore tam paruo, tot prælia ſanguine nullo*
*Perficis, & Luna nuper naſcente profectus,*
*Antè redis, quàm plena fuit, Rhenumq́; minacem*
*Cornibus infractis adeò miteſcere cogis,*
*Vt [a] Salius iam rura colat, flexoſq́; Sicambri*
*In falcem curuent gladios, geminaſq́; viator*
*Cùm videat ripas, quæ ſit Romana requirat:*
*Vt iam trans fluuium non indignante Cayco*
*Paſcat Belga pecus, mediumq́; ingreſſa per Albim*
*Gallica Francorum montes armenta pererrent:*
*Vt procul Hercyniæ per vaſta ſilentia ſiluæ,*
*Venari tutò liceat, lucoſq́; vetuſta*
*Relligione truces, & robora Numinis inſtar*
*Barbarici, noſtræ feriant impunè bipennes.*
*Vltro quinetiam deuota mente tuentur,*
*Victoriq́; fauent. quoties ſociare cateruas*
*Orauit, iungiq́; tuis Alemania ſignis!*
*Nec doluit, contemta tamen, ſpretoq́; receſſit*
*Auxilio laudata fides. prouincia miſſos*
*Expellet [b] citiùs, fallax quàm Francia Reges,*
*Quos [c] dederis. acies non iam pulſare rebelles,*
*Sed vinclis punire licet. ſub iudice noſtro*
*Regia Romanus diſquirit crimina carcer.*
*[d] Marcomer Sonnoq́; docet. quorum alter Etruſcum*
*Pertulit exſilium. cùm ſe promitteret alter*
*Exſulis vltorem, iacuit mucrone ſuorum.*
*Res audi conſcire nouas, odioq́; furentes*
*Pacis, & ingenio ſcelerumq́; cupidine fratres.*
*Poſt domitas Arctos alio prorumpit ab axe*
*Tempeſtas, & ne qua tuis intacta tropæis*
*Pars foret, Auſtralis ſonuit tuba. mouerat [e] omnes*
*Maurorum Gildo populos, quibus imminet Atlas,*
*Et*

a. Ita P. id eſt, Francus, non Sueuus. Vide Rhenani rerum Germanicarũ lib. I.

b. citiùs faſces libri vulgati corrupte. Vide Rhenani rerum Germanicarũ lib. I.

c. dederis, feriat nec iam, libri vulgati, mendoſe

d. Marcomanes, Sueuuſq́. docent. libri quidã vulgati. Cõſuſq́;, Scoppa Collect. cap IIII. neutrum placet.

e. amens P. C.

Et quos interior nimio plaga Sole relegat:
Quos vagus humectet Cynips, & proximus hortis
Heſperidum Triton,[e] & Gir notiſſimus amnis
Æthiopum ſimili mentitus gurgite Nilum.
Venerat & paruis redimitus [f] Iuba ſagittis,
Et velox Garamas: nec quamuis triſtibus Ammon
Reſponſis alacrem potuit Naſamona morari.
Stipantur Numidæ campis, ſtant puluere Syrtes
Getulæ. Pœnis iaculis obtexitur aër.
Hi virga moderantur equos; his fulua leones
Velamenta dabant, ignotarumq; ferarum
Exuuiæ, vaſtis Meroë quas nutrit arenis.
Serpentum geſtant patulos pro caſſide rictus:
[g] Splendent vipereæ ſquamoſa pelle [h] pharetræ.
Non ſic intremuit Simois, cùm montibus Idæ
Nigra coloratus produceret agmina Memnon:
Non Ganges, cùm tela procul vibrantibus Indis
Immanis medium vectaret bellua Porum.
Porus Alexandro, Memnon proſtratus Achilli:
Gildo nempe tibi. nec ſolum feruidus Auſtrum,
Sed partes etiam Mauors agitabat Eoas,
Quamuis obſtreperet pietas. his ille regendæ
Tranſtulerat nomen Libyæ, ſceleriq; profano
Fallax legitimam regni prætenderat vmbram.
Surgebat varia geminum formidine bellum.
Hoc armis, hoc triſte dolis, hoc Africa ſæuis
Cinxerat auxiliis, hoc coniuratus alebat
Inſidiis Oriens. illinc edicta meabant
Corruptura duces: hinc frugibus atra negatis
Vrgebat, trepidamq; fames obſederat vrbem.
Exitiale palam Libycum; ciuile pudoris
Obtentu tacitum. tales vtrimque procellæ

e. Scoppa Collect. cap. IIII. Nigri & diuiſim, legit. Vide Plinium lib. v. cap. ix
f. Nuba P. C. I.
g. Splẽdẽt vipereæ P. I.
h. pharetra P. I.

e. laterũque P.

Cùm fremerent, *Latiumq; alternis ictibus anceps
Imperium pulſaret hiems. nil feſſa remiſit
Officij virtus, contráque minantia fata
Peruigil, euentúsq; ſibi latura ſecundos,
Maior in aduerſis micuit velut arbiter alni,
Nubilus Ægeo quam turbine verſat Orion,
Exiguo claui flexu declinat aquarum
Verbera, nunc recta, nunc obliquante carina
Callidus, & pelagi cæliq; obnititur iræ.
Quid primum mirer Stilico? quòd cautus ad omnes
Reſtiteris fraudes, vt te nec noxia furto
Littera nec pretio manus inflamata lateret:
Quòd nil in tanto rerum terrore locutus
Indignum Latio: reſponſa quòd ardua ſemper
Eois dederis, quæ mox effecta probaſti
Securus, quamuis & opes, & rura tenerent,
Inſignesq; domos. leuis hæc iactura: nec vnquam
Publica priuatæ ceſſerunt commoda cauſſæ.
Diuidis ingentes curas, téque omnibus vnum
Obiicis, inueniens animo quæ mente gerenda,
Efficiens patranda manu: dictare paratus,
Quæ ſcriptis peragenda forent. quæ brachia centũ,
Quis Briareus aliis numero creſcente lacertis,
Tot ſimul obiectis poſſet confligere rebus:
Euitare dolos: veteres firmare cohortes:
Explorare nouas: duplices diſponere claſſes?
Quæ fruges vel bella ferant, aulæq; tumultum,
Et Romæ lenire famem? quot nube ſoporis
Immunes oculi, per tot diſcurrere partes,
Tot loca ſufficerent, & tot longinqua tueri?
Argum fama canit centeno lumine cinctum,
Corporis excubiis vnam ſeruaſſe iuuencam.

Vnde

Ayuntamiento de Madrid

*Vnde tot allatæ ſegetes? quæ ſilua carinas*
*Texuit? vnde rudis tanto [a] tyrone iuuentus* a. tirone.
*[b] Enituit, ſenioq; iterum vernante reſumſit* b. Emi-cuit, B.
*Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?*
*Non ego delectu Tyrij, ſed vomere Cadmi*
*Tam ſubitas acies concepto dente draconis*
*[c] Exſiluiſſe reor. Dirceis qualis in aruis* c. Exſiliiſ-ſe P.C.L.
*Meſſis cum proprio mox bellatura colono*
*Cognatos ſtrinxit gladios, cum ſemine iacto*
*Terrigenæ galea matrem naſcente ferirent,*
*[d] Armifer & viridi floreret milite ſulcus.* d. Armi-ger C.
*Hoc quoque non parua fas eſt cum laude relinqui,*
*Quòd non antè fretis exercitus adſtitit vltor,*
*Ordine quàm priſco cenſeret bella Senatus.*
*Neglectum Stilico tot iam per ſæcula morem*
*Rettulit, vt ducibus mandarent prælia patres,*
*Decretoque togæ felix legionibus iret*
*Teſſera. Romuleas leges [e] rediſſe fatemur,* e. remeaſ-ſe C.
*Cùm procerum iuſſis famulantia cernimus arma.*
*Tyrrhenum poteras cunctis tranſmittere ſignis,*
*Et ratibus Syrtes, Libyam complere maniplis.*
*Conſilio ſtetit ira minor, ne territus ille*
*Te duce, [f] ſuſcepto Martis grauiore paratu,* f. ſuſpecto C.
*Aut in arenoſos æſtus, zonamq; rubentem*
*Tenderet, aut Solis fugiens tranſiret in ortus,*
*Miſſuruſue ſibi certæ ſolatia mortis,*
*Oppida dirueret flammis. res mira relatu:*
*Ne timeare, times, &, quem vindicta manebat,*
*Deſperare vetas. quantum fiducia nobis*
*Profuit hoſtilis! ſaluæ Carthaginis arces,*
*Illæſis Tyrij gaudent cultoribus agri,*
*Quos potuit vaſtare fuga: ſpe captus inani,*

Nec

Ayuntamiento de Madrid

*Nec ſe ſurripuit pœnæ, noſtruq́; pepercit*
*Demeas: qui numero tantùm, non robore menſus*
*Romanos, rapidus ibat ceu protinus omnes*
*Calcaturus equis. & quod iactare ſolebat,*
*Solibus effetos merſurus puluere Gallos.*
*Sed didicit non Æthiopum geminata venenis*
*Vulnera, non fuſum crebris haſtilibus imbrem,*
*Non equitum nimbos Latiis obſiſtere pilis.*
*Sternitur ignauus Naſamon, nec ſpicula ſupplex*
*Intorquet Garamas: repetunt deſerta fugaces*
*Autololes: pauidus proiecit miſſile Mazax.*
*Cornipedem Maurus nequidquã hortatur anhelũ;*
*Prædonem Lembo profugum, ventiſq́. repulſum*
*Suſcepit merito fatalis Tabraca portu:*
*Expertum, quòd nulla tuis elementa paterent*
*Hoſtibus, & lætæ paſſurum iurgia plebis,*
*Fracturumq́; reos humili ſub iudice vultus.*
*Nil tribuat fortuna ſibi: ſit proſpera ſemper*
*Illa quidem: ſed non uni certamina pugnæ*
*Credidimus, totis nec conſtitit alea caſtris*
*Nutatura ſemel. ſi quid licuiſſet iniquis*
*Caſibus, inſtabant aliæ poſt terga biremes.*
*Venturus dux maior erat, victoria nulla*
*Clarior, aut hominum votis optatior vmquam*
*Contigit. an quiſquam Tigranen, armaq́; Ponti,*
*Vel Pyrrhũ, Antiochiq́; fugã, vel vincla Iugurthæ*
*Conferat? aut Perſen, debellatumq́; Philippum?*
*Hi propagandi [a] ruerant pro limite regni:*
*Heic ſtabat Romana ſalus. ibi tempora tutò*
*Traxerunt dilata moras. heic vincere tardè*
*Vinci pæne fuit. diſcrimine Roma ſupremo*
*Inter ſupplicium populi deforme pependit,*

[a] Fuerant, vulgati libri. corrupte.

Et

Et tantum Libyam fructu maiore recepit,
Quàm peperit, quanto grauiorem amiſſa dolorem,
Quam nec dũ quæſita mouent quis Punica[b] geſta, b. bella
Quis vos Scipiadæ, quis te iam Regule neſſet?
Quis lentum caneret Fabium, ſi iure peremto
Inſultaret atrox famula Carthagine Maurus?
Hæc omnes veterum reuocauit adorea laurus.
Reſtituit Stilico cunctos tibi Roma triumphos.

FINIS.

# CL. CLAVDIANI DE LAVDIBVS STILICONIS LIBER II.

HACTENVS armatæ laudes, nunc qualibus urbem
Moribus, & quanto frenet metuẽdus amore,
Quo tandem flexus trabeas[a] actore rogantes a. auctore C.I.
Induerit, faſtiq; ſuum conceſſerit annum,
Mitior incipiat flatibus iam Muſa remiſſis.
Principio magni cuſtos Clementia mundi
Quæ Iouis incoluit zonam, quæ temperat æthram
Frigoris & flammæ mediam, quæ maxima natu
Cælicolûm, nam prima Chaos Clementia ſoluit
Congeriem miſerata rudem, vultuq; ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucem ſecula fudit.

Hæc

*Hæc Dea pro templis, & thure calentibus aris*
*Te fruitur, poſuitque ſuas hoc pectore ſedes.*
*Hæc docet, ut pœnis hominum, vel ſanguine paſci*
*Turpe, ferumq; putes: ut ferrum Marte cruentum*
*Sic cum pace premas: ut non infenſus alendis*
*Materiam præſtes odiis: ut ſontibus ultro*
*Ignouiſſe velis: depon as ocyus iram,*
*Quàm moueas, precibus nũquã implacabilis obſtes,*
*Obuia proſternas, proſtrataq; more leonum*
b. quifrã- *Deſpicias: alacres ardent* [b] *cum ſternere tauros,*
gere P. C.I. *Tranſiliunt prædas humiles: hac* [c] *ipſe magiſtra*
c. iſte P.I. [d] *Das veniam victis: hac exhortante calores*
d. Dat P.I. *Horrificos, & quæ numquam nocitura timentur*
e. coërcet, P.I *Iurgia, contentus ſolo terrore* [e] *coherces,*
*Ætherij patris exemplo: qui cuncta ſonoro*
f. defert P. *Concutiens tonitru, Cyclopum ſpicula* [f] *differt*
*In ſcopulos, & monſtra maris, noſtriq; cruoris*
*Parcus, in Oetæis exercet fulmina ſiluis.*
*Huic Diuæ germana Fides, eademq; ſororis*
*Corde tuo delubra tenens, ſeſe omnibus actis*
*Inſerit: hæc nullo docuit luceſcere fuco,*
*Numquam falſa loqui, numquã promiſſa morari,*
*Inuiſos odiſſe palàm, non virus in alto*
*Condere, non lætam ſpeciem prætendere fraudi,*
*Sed certum, mentiq; parem componere vultum.*
*Occulto ſæuire vetat, prodeſſe remittit.*
*Hæc & amicitias longo poſt tempore firmat,*
*Manſuroq; adamante ligat: nec mobile mutat*
g. paruæ *Ingenium,* [g] *paruo ſtrepitu nec vincula noxæ*
P.C.I. *Diſſolui patitur, nec faſtidire priorem*
*Allicitur veniente nouo: benefacta tenere,*
*Reſpuere offenſas facilis, pariterque minoris*
*Officij,*

Ayuntamiento de Madrid

Officÿ, magniq; memor ſuperare laborat,
Vtque hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos.
Hæc fouet abſentes, hæc longè ſola remotis
Conſulit, hæc nullis auidam rumoribus aurem
Pandit, & ignarum numquam læſura clientem.
Inſidioſa tuos alienent murmura ſenſus.
Non viuis annexus amor meminiſſe ſepultos
Deſinit, in prolem tranſcurrit gratia patrum.
Hac tu Theodoſium, tenuit dum ſceptra, colebas:
Hac etiam poſt fata colis: nec pignora curas
Plus tua quàm natos, dederat quos ille monendos,
Tutandosq; tibi. iuſtos, nimiumq; fideles
Fama putat, qui, cùm poſſent commiſſa negare,
Maluerint nullo violati reddere quæſtu.
At Stilico non diuitias, auriq; relictum
Pondus, ſed geminos axes, tantumq; reſeruat
Depoſitum teneris, quantum Sol igneus ambit.
Quid non intrepidus credas, cui regia tuto
Creditur? hoc clypeo munitus Honorius altum
Non gemuit patrem, vitæq; & lucis in ipſo
Limine contentus, numquam dat iura ſubactis
Gentibus, & ſecum ſentit creuiſſe triumphos.
Quem tu ſic placida formas, ſic mente ſeuera,
Vt neque deſidiæ tradas, dum pronus ad omne
Quodlibet obſequeris: nec contra nixus ouantem
Confringas animum, ceu cernas conſona regno,
Ceu iuuenem doceas moles quid publica poſcat,
Ceu ſanctum venerêre ſenem, patriisq; gubernes
Imperium monitis, dominum ſubmiſſus adores,
Obſequio moderere ducem, pietate parentem.
Hinc fuit, vt primos in coniuge diſceret ignes,
Ordirique virum non luxuriante iuuenta,



Ayuntamiento de Madrid

*Sed cum lege tori, caſto cum fœdere vellet.*
*Principe tu felix genero: felicior ille*
*Te ſocero. fratrem leuior nec cura tuetur*
*Arcadium: nec, ſi quid iners, aut impia turba*
*Prætendens proprio nomen regale furori*
*Audeat, adſcribi iuueni: diſcordia quippe*
*Cùm fremuit, numquam Stiliconis canduit ira.*
c. ediiſq. B. *Sæpe laceſſitus probris, [c] gladiiſq; petitus,*
*Vt bello Furias vltum, quas pertulit, iret*
*Illicito, cauſſamq; daret ciuilibus armis,*
*Cuius fulta fide mediis diſſenſibus aula*
*Intemeratorum ſtabat reuerentia fratrum.*
*Quin & Sidonias chlamydes, & cingula baccis*
*Aſpera, gemmataſq; togas, virideſq; ſmaragdis*
*Loricas, galeaſq; renidentes hyacinthis,*
d. ſcapulis, vulgati libri, non recte. *Geſtatoſq; patri [d] capulis radiantibus enſes,*
*Et vario lapidum diſtinctas igne coronas*
*Diuidis ex æquo, ne non Auguſta ſupellex,*
*Ornatuſq; pares geminis heredibus eſſent.*
*Mittitur & miles, quamuis certamine partes*
*Iam tumeant. hoſtem muniri robore mauis,*
*Quàm peccare fide: permittis iuſta petenti,*
*Idq; negas ſolum, cuius mox ipſe repulſa*
*Gaudeat, & quidquid fuerat deforme mereri.*
*Omnes præterea puro quæ crimina pellunt*
*Ore Deæ vinxere choros, vnoq; receptæ*
*Pectore, diuerſos tecum cinguntur in vſus.*
*Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet,*
*Communeſq; ſequi leges, iniuſtaque numquam*
*Largiri ſociis. durum Patientia corpus*
*Inſtruit, vt nullis cupiat ceſſiſſe labori.*

Tempe-

Ayuntamiento de Madrid

Temperies, vt caſta petas. Prudentia, ne quid
Inconſultus agas. Conſtantia, futile ne quid,
Infirmumq; geras. procul importuna fugantur
Numina, monſtriferis quæ Tartarus edidit antris.
At primùm ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Auaritiam. cuius fœdiſſima nutrix
Ambitio, quæ veſtibulis, foribusq; potentum
Excubat, & pretiis commercia poſcit honorum,
Pulſa ſimul. nec te gurges corruptior æui
Traxit ad exemplum, quod iam firmauerat annis
Crimen, & in legem rapiendi verterat vſum.
Denique non diues ſub te pro rure paterno
Vel Laribus pallet: non inſidiator oberrat,
Facturus quemcumque reum: non obruta virtus
Paupertate latet. lectos ex omnibus oris
Euehis, & [c] numquam meriti cunabula quæris, c. meritũ, numquã cunabula P.C.
Et, qualis, non vnde ſatus. ſub teſte benigno
Viuitur: egregios inuitant præmia mores.
Hinc priſcæ redeunt artes: felicibus inde
Ingeniis aperitur iter, deſpectaq; Muſæ
Colla leuant, opibusq; fluens, & pauper eodem
Nititur ad fructum ſtudio, cùm cernat vterque,
Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia ſurgat
Diuitiis. nec te iucunda fronte feſellit
Luxuries prædulce malum: quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis, hebetat caligine ſenſus,
Membraque Circæis effeminat acriùs herbis.
Blanda quidem vultu, ſed quâ non tetrior vlla
Interius: fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris, toruos auro [d] circumlinit hydros. d. circummuenit C. circumligat B

Illa

Ayuntamiento de Madrid

Illa voluptatum multos innexuit hamis.
Te numquam conata capit. non praua libido
a.Stupris aduigilat, P.C.1. [a] Aduigilat ſtupris: non tempora ſomnus agendi
Fruſtratur: nullo cithara conuiuia cantu,
Non pueri laſciua ſonant. quis cernere curis
Te vacuum potuit? quis tota mente remiſſum,
Aut indulgentem dapibus ni cauſſa iuberet
b.laxant C1. Lætitiæ? non indecores æraria [b] laſſant
Expenſæ: paruo non improba littera libro
Abſentum condonat opes. à milite parcus
Diligeris: neque enim neglectas pace cohortes
c.Tunc C. [c] Tum ditas, cum bella fremunt. ſcis nulla placere
Munera, quæ metuens illis, quos ſpreuerit, offert
Seruus, & incaſſum ſeruati prodigus auri.
Anteuenis tempus: non exſpectantibus vltro
Munificus menſæq; adhibes, & nomine quemque
Compellas: clari ſub te quod geſſerat olim,
Admonitor facti; figendaque ſenſibus addis
Verba, quibus magis geminatur gratia doni.
Nec ſi quid tribuas iactatum ſæpius idem
Exprobrare ſoles: nec quos promoueris, alto
Turgidus alloqueris faſtu: nec proſpera flatu
Attollunt nimios: quin ipſa ſuperbia longè
Diſceſſit, vitium rebus ſollenne ſecundis,
Virtutumq; ingrata comes. contingere paſſim,
Affariq; licet. non inter pocula ſermo
Captatur, pura ſed libertate loquendi,
Seria quiſque iocis nulla formidine miſcet.
Quem videt Auguſti ſocerum, regniq; parentem,
Miratur conuiua parem, cùm tanta poteſtas
Ciuem leuis agat. te doctus priſca loquentem,

Te.

Ayuntamiento de Madrid

*Te matura ſenex audit, te fortia miles,*
*Adſperſis ſalibus, quibus haud Amphiona quiſquã*
*Præferat, Aonios meditantem carmine muros.*
*Nec velit Orpheo migrantes pectine ſiluas.*
*Hinc amor, hinc verus, & non [d] fallentibus omnes* d. fallacibus P.C.I.
*Pro te ſolliciti votis: hinc nomen vbique*
*Plauſibus, auratis celebrant hinc ora figuris.*
*Quæ non incudes ſtreperent? quæ flamma vacaret*
*Fabrilis? [e] quæ ſufficerent fornacibus æra,* e. quarti fluerent P.C.
*Effigies ductura tuas? quis deuius eſſet*
*Angulus aut regio, quæ non pro numine vultus*
*Dilectos colerent, talem nec ſemper honorem*
*Reſpueres? decus hoc rapiat, quem falſa timentum*
*Munera decipiunt, qui ſe diffidit amari.*
*Hic ſolus ſpreuiſſe poteſt, qui iure meretur.*
*Vndique legati properant, generiq́; ſub ore*
*In tua centenas aptant præconia voces.*
*Grates Gallus agit, quòd [f] milite tutus inermi,* f. limite B.
*Et metuens hoſtile nihil, noua culmina totis*
*Ædificet ripis, & ſæuum gentibus amnem,*
*Thybridis in morem, domibus prævelet amœnis.*
*Hinc Pœni cumulant laudes, quòd rura tyranno*
*Libera poſſideant. hinc obſidione ſolutus*
*Pannonius, potorq́; Saui, qui clauſa tot annis*
*Oppida, laxatis auſus iam pandere portis,*
*Rurſum cote nouat nigras rubigine falces,*
*Exeſosq́; ſitu cogit ſplendere ligones.*
*Agnoſcit [g] cauſas, & collibus oſcula notis* g. fortaſſe caula Aldus, Agnoſcitque caſas.
*Figit, & impreſſo glæbis non cedit aratro.*
*Exſectis inculta dabant quas ſecula ſiluis,*
*Reſtituit terras, & opacum vitibus Iſtrum*

*Conſerit, & patrium vectigal ſoluere gaudet,*
*Immunis qui clade fuit. te ſoſpite fas eſt*
f. lacē P. C.I. *Vexatum* f *laceri corpus iuueneſcere regni.*
*Sub tot principibus quæcumque amiſimus olim*
*Tu reddis: ſolo poterit Stilicone medente*
*Creſcere Romanum vulnus tectura cicatrix,*
*Inq; ſuos fines tandem redeunte colono,*
*Illyricis iterum ditabitur aula tributis.*
*Nec tamen humano cedit cæleſte fauori*
*Iudicium: cingunt Superi concordibus vnum*
*Præſidiis, hoſteſq; tuos aut litore produnt,*
*Aut totum oppoſiti claudunt fugientibus æquor,*
*Aut in ſe vertunt Furiis, aut militis enſe*
*Bacchati laniant Pentheo corpora ritu.*
*Inſidias retegunt, & in ipſa cubilia fraudum*
*Ducunt. ceu tenera venantem nare Moloſſi*
*Ominibus ventura notant, aut alite monſtrant,*
*Aut monitos certa dignantur imagine ſomnos.*
*Pro quibus innumeræ trabearum inſignia terræ*
*Certatim petiere tibi: poſcentibus ipſe*
*Reſtiteras, & mens aliorum prona fauori,*
*Iudex dura ſui, facibus ſuccenſa pudoris,*
*Tarda verecundis excuſat præmia cauſſis.*
*Ergo auidæ, tantoſq; noui ſpe Conſulis annos*
*Eluſæ, dominæ pergunt ad limina Romæ.*
g. annuc-tes P.C.I. *Si minùs* g *annuerit precibus, vel cogere certè*
*Cunctantem, votoq; moras auferre paratæ*
*Conueniunt ad tecta Deæ, quæ candida lucent*
*Monte Palatino glaucis tum prima Mineruæ*
*Nexa comam foliis, fuluaq; intexta micantem*
*Veſte Tagum, tales profert Hiſpania voces.*

*Cuncta*

Cuncta mihi ſemper Stilico, quæcumq. popoſci,
Conceſſit, tantumq; ſuos inuidit honores.
Auguſti potuit ſoceri contemnere faſces,
Iam negat & genero: ſi non vt ductor ab orbe,
Quem regit, accipiat, ſaltem cognatus ab aula.
Exiguúmne putat, quòd ſic amplexus Iberam
Progeniem, noſtros immoto iure nepotes
Suſtinet, vt patrium commendet purpura Bætim?
Quòd pulcro Mariæ fecundet germine regnum?
Quòd domini ſperatur auus? tum flaua repexo
Gallia crine ferox, euinctaque torque decoro,
Binaque geſa tenens, animoſo pectore fatur.
Qui mihi Germanos ſolus, Francoſq; ſubegit,
Cur non dum legitur faſtis? cur pagina tantum
Neſcit adhuc nomen, quod iam numerare decebat?
Vſque adeóne leuis pacati gloria Rheni?
Inde Caledonio velata Britannia monſtro,
Ferro picta genas: cuius veſtigia verrit
Cærulus, Oceaníque æſtum mentitur amictus.
Me quoq; vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Muniuit Stilico, totam cùm Scotus [h] Hibernam — h. Iuernã.
Mouit, & infeſto ſpumauit remige Tethys.
Illius effectum curis ne bella timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne litore toto
[i] Proſpicerem dubiis venturum Saxona ventis. — i. Adſpicerem I.
[k] Tunc ſpicis, & dente comas illuſtris eburno, — k. Tum I C.I.
Et calido rubicunda die, ſic Africa fatur.
Sperabam nullas trabeis Gildone peremto
Naſci poſſe moras. etiam nunc ille repugnat,
Et tanto dubitat faſces præbere triumpho:
Qui mihi Maurorum penitus lacrymabile nomen



Ayuntamiento de Madrid

Ignorare dedit. poſt hæc Oenotria lentis
Vitibus intorquens ederas, & palmite largo
Vina fluens, ſi vos adeò Stilicone curules
Augeri flagratis, ait, quas ſola iuuare
Fama poteſt: quanto me dignius incitat ardor,
Vt præſente fruar, conſcendentemq; tribunal
Proſequar, atq; anni pandentem clauſtra ſalutem.
Talibus alternant ſtudiis, Romamq; precantes
Pro cunctis hortantur eat, nec ſegnius illa
a. ſed raptus P. C. I. Paruit officio, [a] raptis ſed protinus armis
Ocyor excuſſo per nubila ſidere tendit.
Tranſuehitur Tuſcos, Apenninusq; volatu
Stringitur: Eridanus clypei iam fulgurat umbra.
Conſtitit ante ducem, tetrica nec Pallade vultu
Deterior, nec Marte minor: tremit ore coruſco
Iam domus, & ſummæ tangunt laquearia criſtæ.
Tum prior attonitum gratis affata querelis.
Seruatas Stilico per te venerande curules
Ornatas nec dum fateor. quid profuit anni
Seruilem pepuliſſe notam? defendis honorem,
Quem fugis, & ſpernis, tanta quem mole tueris:
Reſpuis oblatum, pro quo labente reſtiſtis.
Quænam cauſſa moræ? quonam cunctabere rurſus
b. motus, B. Ingenio? nullus Boreæ [b] metus, omnis & Auſtri
Ora ſilet, cecidit Maurus, Germania ceſſit,
Et Ianum pax alta ligat: te Conſule nec dum
Digna feror. titulum ne leuem, paruiq; nitoris
Credimus, Auguſti quo ſe decorare fatentur?
Sub iuga quo gentes captiuis Regibus egi?
Non, ſi prodigiis caſus natura futuros
Signat, polluimur macula, quod rebus Eois
Omen erat. quamquam nullis mihi cognita rebus
Fabula

*Fabula, vix tanto riſit de crimine rumor.*
*Opprobrii fiat nulla fides, nec littera venit*
*Vulgatura nefas: in quo vel maxima virtus*
*Eſt tua, quòd noſtros qui conſulis omnia patres*
*De monſtris taceas pellendis. denique nulla*
*Dedecoris ſanctum violant oracula cœtum,*
*Nec mea funeſtum verſauit Curia nomen.*
*Pars ſceleris dubitaſſe fuit. quæcumque profana*
*Pagina de primo veniſſet limite Phœbi,*
*Ante fretum deleta mihi, ne turpia caſtis*
*Auribus Italiæ factorum exempla nocerent.*
*Publicus ille furor, quantum tua cura peregit*
*Secretum meruit. lætetur quiſquis Eous*
*Scribere deſierit: faſtos portenta Gabinos*
*Iſta latent: propriam labem terſiſſe laborent.*
*Cur ego quæ numquam didici, ſenſiue creatum*
*Gratulor exemtum? delicti pœnitet illos.*
[a] *Nos nec credidimus, fuerit tamē omnibus vnum* a. Nec non
*Crimen, & ad noſtras manauerit vſque ſecures.* P.C.I.
*Plus ideo ſumenda tibi faſtigia iuris,*
*Ne pereat tam priſcus honos, qui portus honorum*
*Semper erat. nullo ſarciri Conſule damnum*
*Excepto Stilicone poteſt. bene præſcia tempus*
*Mens tua diſtulerat: titulo tunc creſcere poſſes,*
*Nunc per te titulus. Conſul ſuccurre grauatis*
*Conſulibus: quicumq. fuit, quicumq. futurus,*
*Annum redde tuum. quem mox ſecura ſequatur*
*Poſteritas, nec iam doleat defenſa vetuſtas.*
*Sit trabeis vltor Stilico, Brutuſque repertor.*
*Libertas populi primo tunc Conſule Bruto*
*Reddita per faſces: hic faſcibus expulit ipſis*
*Seruitium. inſtituit ſublimem Brutus honorem:*



Ayuntamiento de Madrid

*Aſſeruit Stilico. plus eſt ſeruaſſe repertum,*
*Quàm quæſiſſe nouum. quid tardiùs ore verendo*
*Annuis? inſolitus frontem circumfluit ignis:*
*Tandem vince tuum, qui vincis cuncta, pudorem.*
d.Hos P.C. *[d] Hoc etiam, quamuis corrumpi munere nullo*
*Te certum eſt, mirare libens, ac ſuſcipe cinctus,*
*Quos tibi diuino mecum Tritonia duxit*
*Pectine: tincta ſimul repetito murice fila*
*Contulimus penſis, & eodem neuimus auro,*
*Aurea quo Lacheſis ſub te mihi ſæcula texit.*
*Heic ego promiſſam ſobolem, ſperataq; mundo*
*Pignora præluſi: veram mox ipſe probabis*
*Me vatem, noſtræq; fidem venientia telæ*
*Fata dabunt. dixit, gremioq; rigentia profert*
*Dona, graues auro trabeas, inſigne Mineruæ*
*Spirat opus, rutilis heic pingitur aula columnis,*
e.labores P.C.I. *Et ſacri Mariæ partus Lucina [e] dolores*
*Solatur. reſidet fulgente puerpera lecto:*
*Sollicitæ iuxta palleſcunt gaudia matris:*
*Suſceptum puerum redimitæ tempora Nymphæ*
*Auri fonte lauant: teneros de ſtamine riſus,*
*Vagituſq; audire putes. iam creuerat infans*
*Ore ferens patrem: Stilico maturior æuo*
*Martia recturo tradit præcepta nepoti.*
f.fucantē B. *Parte alia ſpumis [f] fumantem Serica frena*
*Purpureo primæ ſignatus flore iuuentæ*
*Eucherius flectebat equum, iaculuſq;, vel arcu*
*Aurea purpureos tollentes cornua ceruos,*
*Aureus ipſe ferit. Venus heic inuecta columbis,*
g.conubia C.I. *Tertia regali iungit [g] connubia nexu,*
*Pennatiq; nurum circumſtipantur amores*
*Progenitam Auguſtis, Auguſtorumq; ſororem.*

Enche-

Eucherius timido iam flamea ſubleuat ore
Virginis : arridet læto Thermantia fratri.
Nam domus hæc vtroque petit diademata ſexu,
Reginaſq; parit, Reginarumq; maritos.
Talibus inuitat donis, dextræq; [h] tegendum — h. gerendũ B.
Diua ſimul porrexit ebur, ſollennibus vrnam
Commouet auſpiciis, auibuſq; incepta ſecundat.
Tunc habiles humeros armis, Dea veſtibus ambit
Romuleis. Latij ſederunt pectore cultus,
Loricæq; locum decuit toga. talis ab Iſtro,
Vel Scythico victor rediens Gradiuus ab axe,
Depoſito mitis clypeo, candentibus vrbem
Ingreditur trabeatus equis, ſpatioſa Quirinus
Frena regit, curruſq; patris Bellona [i] cruentat — i. cruentũ P.C.I.
Ditibus exuuiis, [k] tendentem ad ſidera quercum, — k. tendens P.C.I.
Præcedit, lictorq; Metus cum fratre [l] Pauore — l. Pudore P.I.
Barbara ferratis innectunt [m] terga catenis, — m. colla I.
Velati galeas lauro, propiuſq; iugales
Formido ingentem vibrat ſuccincta ſecurim.
Vidit vt optato ſe Conſule Roma potitam:
Nunc, ait, Elyſij lucos irrumpere campi
Nunc libet, vt tanti Curiis miracula voti
Fabriciiſq; feram, famæ qui vulnere nuper
Calcatam fleuere togam. iam prata choreis
Pulſent, nec rigidos pudeat luſiſſe Catones.
Audiat hoc ſenior Brutus, Pœniſq; tremendi
Scipiadæ, geminis tandem quòd libera damnis
Vnius auxilio faſces, Libyamq; recepi.
Quod ſupereſt, vnum precibus fortiſſime Conſul
Adde meis, vrbiq; tuum largire parumper,
Quem rogat, aduentum. quam tu belloq; fameq;
Depulſa terris iterum regnare dediſti.



Ayuntamiento de Madrid

Splendida ſuſcipiant alium te Roſtra Camillum,
Vltorem videant, ſeruatoremq; Quirites.
a. Et P. C.I. [a] Vt populus, quē ductor ames, quibꝰ Africa per te,
Nec priùs auditas Rhodanus iam donat ariſtas:
Vt mihi vel Maſſyla Ceres, vel Gallica proſit
Fertilitas, meſſeſq; ferat nunc humidus Auſter,
Nunc Aquilo: cunctis diteſcant horrea ventis.
Quæ tunc Flaminiam ſtipabunt millia vulgi!
Fallax ô quoties rumor deludet amorem
Suſpenſum, veniens omni dum crederis hora?
Spectabunt cupidæ matres, ſpargentur & omnes
Flore viæ, ſuperet cùm Pythia limina Conſul
Arduus, antiqui ſpecies Romana Senatus.
Pompeiana dabunt, quantos proſcenia plauſus,
Ad cælum quoties vallis tibi Martia ducet
Nomen, Auentino, Pallanteoq; receſſu!
Nunc te conſpiciam caſtris permiſſe relictis,
Mox & cum genero trabeis viſura ſecundis.
Hæc dum Roma refert, iam fama loquacibus alis
Peruolat Oceanum, linguis & mille citatos
b. null q; P.C.I. Feſtinare iubet proceres, [b] nulliſq; ſenectus,
Non iter, hibernis obſtant nec flatibus Alpes.
Vincit amor meritis pridem, clariq; vetuſtis
Faſcibus ad ſocij properant, & vindicis annum.
c. fecundâ P.C.I. Sic vbi [c] fecunda reparauit morte iuuentam,
Et patrios idem cineres, collectaq; portat
Vnguibus oſſa piis, Niliq; ad litora tandem
Vnicus extremo phœnix procedit ab Euro:
Conueniunt Aquilæ, cunctæq; ex orbe volucres,
Vt Solis mirentur auem. procul ignea lucet
Ales, odorati redolens cui cinnama buſti.
Nec minor in cælo chorus eſt. exſultat vterque
Theo-

Ayuntamiento de Madrid

Theodoſius, diuiq; tui: Sol ipſe quadrigis
Vere [a] coronatus, dignum tibi præparat annum. a. coronatus, P.C.I.
Eſt ignota procul noſtreq́. imperuia menti,
Vix adeunda Deis, annorum ſqualida mater,
Immenſi ſpelunca æui: quæ tempora vaſto
Suppeditat, reuocatq́. ſinu. complectitur antrum,
Omnia qui placido conſumit numine ſerpens,
Perpetuumq; viret ſquamis, caudamq; reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapſu.
Veſtibuli cuſtos, vultu longæua decoro
Ante fores Natura ſedet, cunctiſq; volantes
Dependent membris animæ. manſura verendus
Scribit iura ſenex, numeros qui diuidit aſtris,
Et curſus, ſtabileſq; moras, quibus omnia viuunt,
Ac pereunt: fixis cùm legibus ille recenſet,
Incertum quid Martis iter certumq́. Tonantis
Proficiat mundo, quid velox ſemita Lunæ,
Pigraq; Saturni quantum Cytherea ſereno
Curriculo, Phœbiq; comes Cyllenius erret.
Illius vt Phœbus ad limen conſtitit antri,
Occurrit Natura potens, ſeniorque ſuperbis
Canitiem inclinat radiis: tunc ſponte recluſos
Laxauit poſtes adamas, penetrale profundum
Panditur, & ſedes, æuiq; arcana pateſcunt.
Heic habitant vario facies diſtincta metallo
Secula certa locis: illic glomerantur aëna.
Heic ferrata rigent, illic argentea candent
Eximia regione domus. contingere terris
Difficilis, ſtabat rutili grex aureus anni:
Quorum precipuum pretioſo corpore Titan
Signandum Stilicone legit. tunc imperat omnes
Ponè ſequi, dictiſq; ſimul compellat euntes.

En,

*En, cui diſtulimus melioris ſæcla metalli,*
*Conſul adeſt. ite optati mortalibus anni,*
*Ducite virtutes hominum, floreſcite rurſus*
*Ingeniis hilares* Baccho, *frugumq; feraces.*
*Non inter geminos anguis glaciale Triones*
*Sibilet, immodico nec frigore ſæuiat Vrſa.*
*Non toruo fremat igne Leo, nec brachia Cancri*
*Vrat atrox æſtas, madidæ nec prodigus vrnæ*
*Semina prærupto diſſoluat Aquarius imbre.*
*Phrixeus roſeo producat fertile cornu*
*Ver aries, pingues nec grandine tundat oliuas*
*Scorpius, autumni maturet gramina Virgo,*
*Lenior & grauidis allatret Sirius vuis.*
b. finibus P.C. *Sic fatus, croceis rorantes* [b] *ignibus hortos*
*Ingreditur, vallemq; ſuam, quam flameus ambit*
*Riuus, & irriguis largum iubar ingerit herbis,*
*Quas Solis paſcuntur equi. flagrantibus inde*
*Cæſariem ſertis, & lutea lora, iubasq;*
*Subligat alipedum. gelidus hinc Lucifer ornat*
*Hinc Aurora comas, iuxtaque arridet habenis*
*Aureus, & nomen prætendit Conſulis annus,*
*Inq; nouos iterum reuoluto cardine curſus*
*Scribunt ætherẽis Stiliconem ſidera faſtis.*

FINIS.

# CL. CLAVDIANI IN LIBRVM TERTIVM DE LAVDIBVS STILICONIS PRAEFATIO.

MAIOR Scipiades, Italis qui [a] ſolus ab oris
In proprium vertit Punica bella caput,
Non ſine Pieriis exercuit artibus arma:
Semper erat vatum maxima cura duci.
Gaudet enim virtus teſtes [b] ſibi iungere Muſas:
Carmen amat, quiſquis carmine digna gerit.
Ergo ſeu patriis primæuus Manibus vltor,
Subderet Hiſpanum legibus Oceanum,
Seu Tyrias certa fracturus cuſpide vires,
Inferret Libyco ſigna tremenda mari.
Herebat doctus lateri, caſtriſq́; ſolebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.
Illi poſt lituos pedites fauere canenti,
Laudauitq́; noua cæde cruentus eques.
Cumq́; triumpharet gemina Carthagine victa,
Hanc vindex patris, vicerat hanc patriæ.
Cùm longi Libyam tandem poſt funera belli
Ante ſuas mæſtam cogeret ire rotas;
Aduexit reduces ſecum victoria Muſas,
Et ſertum vati Martia laurus erat:
Noſter Scipiades Stilico: quo concidit alter
Hannibal, antiquo ſæuior Hannibale.
Te mihi poſt quinctos annorum Roma recurſus
Reddidit, & votis iuſſit adeſſe ſuis.

a. ductus B.

b. ſubiungere P. C.I.

CL.

# CL. CLAVDIANI DE LAVDIBVS STILICONIS LIBER III.

QVEM populi plauſu, procerum quem voce petebas
Adſpice Roma virum. iam tempora deſine longæ
a. moræ, l. Dinumerare [a] viæ, viſoq; aſſurgere ſemper
Puluere: non dubiis vltra torquebere votis.
Totus adeſt oculis, aderat qui mentibus olim,
Spe maior, fama melior. venerare curulem,
Quæ tibi reſtituit faſces: complectere dextram,
Sub iuga quæ Pœnos iterum Romana redegit.
Excipe magnanimum pectus quo frena reguntur
Imperij, cuius libratur ſenſibus orbis.
Os ſacrum, quod in ære colis, miraris in auro,
b. pro te P. C. I. Cerne libens. hic eſt [b] felix bellator vbique:
c. calcator P. C. I. Defenſor Libyæ: Rheni [c] pacator & Iſtri.
Oſtentare ſuos priſco ſi more labores,
Et gentes cuperet vulgo monſtrare ſubactas:
Certarent vtroque pares à cardine laurus.
Hæc Alemanorum ſpoliis, Auſtralibus illa
Ditior exuuiis. illinc flauente Sicambri
Cæſarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.
Ipſe albis veheretur equis: currumq; ſecutus
Laurigerum, feſto fremuiſſet carmine miles.
Hi famulos traherent Reges: hi facta metallis
Oppida, vel montes captiuaq; flumina ferrent.
Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes:
Inde catenato gemeret Germania Rheno.
Sed non immodicus proprij iactatur honoris

Con-

Conſul Roma tuus: non illum præmia tantum,
Quam labor ipſe iuuat. ſtrepitus faſtidit inanes,
Inq; animis hominum pompa meliore triumphat.
Non alium certè Romanæ clariùs arces
Suſcepere ducem, nec cùm cedente rediret
Fabricius Pyrrho, nec cùm Capitolia curru
Pellææ domitor Paullus conſcenderet aulæ.
Nec ſimilis Latias patefecit gloria portas.
Poſt Numidas Mario, poſt claſſica Martis Eoi
Pompeio, nulli pars æmula defuit unquam,
Quæ grauis obſtreperet laudi, ſimulvè; malignis
Facta ſequebatur quamuis ingentia liuor.
Solus hic inuidiæ fines virtute reliquit,
Humanumq; modum. quis enim liueſcere poſſit,
Quòd numquam pereant ſtellæ? quod Iupiter olim
Poſſideat cælum? quod nouerit omnia Phœbus?
Eſt aliquod meriti ſpatium, quòd nulla furentis
Inuidiæ menſura capit. ductoribus illis
Præterea diuerſus erat fauor. æquior ille
Patribus, inuiſus plebi. popularibus illi
Munitus ſtudiis, languebat gratia patrum.
Omnis in hoc uno varius diſcordia ceſſit
Ordinibus. lætatur eques, plauditq; Senator,
Votaq; patricio certant plebeia fauori.
O felix, ſeruata vocat quem Roma parentem.
O mundi communis amor, cui militat omnis
Gallia, quem Regum thalamis Hiſpania nectit,
Cuius & aduentum crebris petiere Quirites
Vocibus, & meruit genero præſtante Senatus.
Non ſic virginibus flores, non frugibus imbres,
Proſpera non [d] feſſis optantur flamina nautis,

d. laſſi P. C. I.

Vt

*Vt tuus adſpectus populo . quæ numine tanto*
*Litora fatidicas attollunt Delia lauros,*
*Venturi quoties affulſit Apollinis arcus?*
*Quæ ſic aurifero Pactoli fonte tumeſcit*
*Lydia , cùm domitis apparuit Euius Indis?*
*Nónne vides & plebe vias , & tecta latere*
e. vt P. his C. I. *Matribus ?* [e] *hic Stilico cunctis inopina reluxit*
*Te victore ſalus : ſeptem circumſpice montes,*
*Qui Solis radios auri fulgore laceſſunt,*
*Indutosq́ue arcus ſpoliis , æquataq́ue templa*
*Nubibus , & quidquid tanti ſtruxere triumphi.*
*Quantum profueris , quantam ſeruaueris vrbem,*
*Attonitis metire oculis . hæc fabula certè*
f. Pœnus I. *Cũcta forent, ſi* [f] *Rhenus adhuc incũberet Auſtro.*
*Mos erat in veterum caſtris , vt tempora quercu*
*Velaret , validis fuſo qui viribus hoſte*
*Caſurum potuit morti ſubducere ciuem.*
*At tibi quæ poterit pro tantis ciuica reddi*
*Mœnibus ? aut quantæ penſabunt facta coronæ?*
g. ſolam P.C.I. *Non* [g] *ſolùm populi vitam debere fatetur*
*Armis Roma tuis : ſed quod iucundior eſſet,*
*Lucis honoratæ fructus venerabile famæ*
*Pondus & amiſſas vires , & regna recepit.*
*Iam non prætumidi ſupplex Orientis ademtam*
*Legatis poſcit Libyam , famulóſue precatur,*
*Dictu turpe , ſuos : ſed robore freta Gabino*
*Te duce Romana tandem ſe vindicat ira.*
*Ipſa iubet ſignis , bellaturoq́; togatus*
*Imperat . & ſpectant aquilæ decreta Senatus.*
*Ipſa tibi trabeas vltro dedit : ipſa curulem*
*Obtulit : hæc vltro faſtos ornare coëgit.*

Nil

Ayuntamiento de Madrid

Nil perdit decoris priſci, nec libera quærit
Sæcula, cùm donet faſces, cùm prælia mandet.
[a] Seque etiam creuiſſe videt. quis Gallica rura, a. Nunc P.C.
Quis meminit Latio Senonum ſeruiſſe ligones?
Aut quibus exemplis fecunda Thybris ab Arcto
Vexit Lingonico ſudatas vomere meſſes?
Auxilium non illa ſeges modò præbuit vrbi,
Sed fuit indicio, quantum tibi Roma liceret:
Admonuit dominæ gentes, inſtarque tropæi
Rettulit ignotum gelidis vectigal ab oris.
[b] Hoc quoque maieſtas augeſcit plena Quirini b. Hæc C.
Rectores [c] Libyæ, populo quòd iudice pallent, c. Libyci, P.C.I.
Et poſt emeritas moderator quiſque ſecures
Diſcrimen lethale ſubit: quòd Pœnus arator
Intulerit, madidus quantum tranſmiſerit Auſter.
Ardua qui latè terris reſponſa dedere,
Hinc trepidãt humiles: tremuit quos Africa nuper,
Cernunt Roſtra reos. cani virtutibus æui
Materiam pandit Stilico, populumque vetuſti
Culminis immemorem, dominandi rurſus in vſum
Excitat, vt magnos calcet metuendus honores.
Pendat iuſtitia crimen, pietate remittat
Errorem, puroſque probet, damnetque nocentes,
Et patrias iterum clemens exerceat artes.
Fallitur, egregio quiſquis ſub principe credit
Seruitium. numquam libertas gratior exſtat,
Quàm ſub Rege pio. quos præficit ipſe regendis
Rebus: ad arbitrium plebis, patrumque reducit
Conceditque libens, meritis ſeu præmia poſcant,
Seu punire velint: poſito iam purpura faſtu,
De ſe iudicium non indignatur haberi.
Sic docuit regnare ſocer: ſic caſta iuuentæ



Ayuntamiento de Madrid

*Frena dedit: teneros his moribus imbuit annos.*
*Verior Auguſti genitor, fiducia belli,*
*Pacis conſilium, per quem ſqualore remoto*
*Priſtina Romuleis infloruit artibus ætas:*
*Per quem fracta diu, tranſlataque pæne poteſtas*
*Non oblita ſui, ſeruilibus exſulat aruis,*
*In proprium ſe lucta Larem: victricia reddit*
*Fata ſolo, fruiturque iterum, quibus hæſerat olim*
*Auſpiciis, capitique errantia membra reponit.*
a. Diis P. C. I. *Proxime* [a] *Diis Conſul, tantæ qui proſpicis vrbi,*
*Qua nihil in terris complectitur altius æther:*
*Cuius nec ſpatium viſus, nec corda decorem,*
*Nec laudem vox vlla capit: quæ luce metalli*
*Aemula vicinis faſtigia conſerit aſtris.*
*Quæ ſeptem ſcopulis zonas imitatur Olympi,*
*Armorum, legumque parens: quæ fundit in omnes*
*Imperium, primique dedit cunabula iuris.*
*Hæc eſt, exiguis quæ finibus orta tetendit*
*In geminos axes, paruaque à ſede profecta*
*Diſperſit cum Sole manus: hæc obuia fatis,*
*Innumeras vno gereret cum tempore pugnas,*
*Hiſpanas caperet, Siculas ſubmitteret vrbes,*
*Et Gallum terris proſterneret, æquore Pœnum.*
*Numquam ſuccubuit damnis, & territa nullo*
*Vulnere. poſt Cannas maior, Trebiamque fremebat,*
*Et cùm iam premerent flamæ, murumque feriret*
*Hoſtis, in extremos aciem mittebat Iberos.*
*Nec ſtetit Oceano, remiſque ingreſſa profundum,*
*Vincendos alio quæſiuit in orbe Britannos.*
*Hæc eſt, in gremium victos quæ ſola recepit,*
*Humanumque genus communi nomine fouit*
*Matris, non dominæ ritu, ciueſque vocauit,*

*Quos*

Quos domuit, nexuque pio longinqua reuinxit.
Huius pacificis debemus moribus omnes,
Quòd veluti patriis regionibus vtitur hoſpes:
Quòd ſedem mutare licet: quòd cernere Thulen,
Rurſus & horrendos quondam penetrare receſſus:
Quòd bibimus paſſim Rhodanũ, potamus Orõtem:
Quòd cuncti gens vna ſumus: [a] nec terminus vm- a. non P.
Romanæ ditionis erit nam cetera regna (quam
Luxuries vitiis, odiiſque ſuperbia vertit.
Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas,
Atque idem Thebis cecidit. ſic Medus ademit
Aſſyrio, Medoque tulit moderamina Perſes.
Subiecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe
Romanis. hæc auguriis firmata Sibyllæ: (brat
Hæc ſacris animata Numæ eſt. hinc fulmina vi-
Iupiter: hanc tota Tritonia Gorgone velat.
Arcanas huc Veſta faces, huc Orgia ſecum
Tranſtulit, & Phrygios genitrix turrita leones.
Huc depulſurus morbos Epidaurius hoſpes
Reptauit placido tractu, vectumque per vndas
Inſula Pæonium texit Tiberina draconem.
Hanc tu cum Superis Stilico præclare tueris:
Protegis hanc clypeo matrem Regumq; ducumque,
Præcipueque tuam. dedit hæc exordia lucis
Eucherio, puerumque ferens heic regia mater
Auguſto monſtrauit auo: lætatus at ille
Suſtulit in Tyria reptantem veſte nepotem,
Romaque venturi gaudebat præſcia fati,
Quod te iam toto meruiſſet [b] pignore ciuem. b. pectore B.
Nec tamen ingratum, nec qui [c] tua facta referre c. benefacta P.C.L.
Neſciat, hunc credas populum. ſi voluere priſcos d hic P. C.L.
Annales libeat, quoties hinc prælia ſumſit

*Pro ſociis, quoties dono conceſſit amicis*
*Regibus, Auſonio quæſitas ſanguine terras.*
*Publica ſed numquam tanto ſe gratia fudit*
*Aſſenſu (quis enim princeps hæc omnibus egit*
a. Quod *Obſequiis?) ſeſe dominum, patremque vocari,*
P.C. [a] *Quin tibi continuis* [b] *reſonent conuexa diebus.*
b. reſo- *Macte nouis Conſul titulis, Mauortia plebes*
nant C.I. *Te dominum, Bruto non indignante, fatetur.*
*Et quod adhuc nullo potuit terrore coacta*
*Libertas Romana pati, Stiliconis amori*
*Detulit. exſultant audi quocumque decorus*
*Conſpiciare loco, nomenque ad ſidera tollunt,*
*Nec vaga dilecto ſatiantur lumina vultu:*
*Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres:*
*Seu celebres ludos: ſolio ſeu fultus eburno*
*Cingis iure forum: denſo ſeu turbine vulgi*
c. circum- *Circumfuſa tuæ* [c] *conſcendant Roſtra ſecures.*
dent B. *Quæ verò procerum voces, quàm certa fuere*
*Gaudia! cùm totis exſurgens ardua pennis*
d. alas, P. *Ipſa duci ſacras Victoria panderet* [d] *ædes,*
C.I. *Et palma viridi gaudens, & amicta tropæis.*
*Cuſtos imperij virgo, quæ ſola mederis*
*Vulneribus, nullumque doces ſentire laborem:*
*Seu tibi Dictææ placuerunt aſtra Coronæ:*
*Seu magis æſtiuo ſedes vicina Leoni:*
*Seu ſceptrum ſublime Iouis, ſeu Palladis ambis*
*Aegida: ſeu feſſi mulces ſuſpiria Martis.*
*Adſis perpetuum Latio, votiſque Senatus*
*Annue Diua tui: Stilico tua ſæpius ornet*
*Limina, teque ſimul rediens in caſtra reducat.*
*Hunc bellis comitare fauens: hunc redde togatum*
*Conſiliis. ſemper placidis te moribus egit,*

Ser-

Seruauitque piam victis, nec polluit vmquam
Laurum ſæuitia, ciuem nec fronte ſuperba
Deſpicit, aut trepidam vexat legionibus vrbem.
Sed verus patriæ Conſul ceſſantibus armis
Contentus lictore venit, nec inutile quærit
Ferri præſidium, ſolo munitus amore:
Magnarum nec parcus opum, geminare profundas
Diſtulit impenſas, & poſt miracula caſtris
Edita, vel genero Romæ maiora reſeruat.
Auratos Rhodiis imbres, naſcente Minerua
Indulſiſſe Iouem perhibent. Bacchoque paternum
Iam pulſante femur, mutatus palluit Hermus
In pretium, votique famem paſſurus auari.
Ditabat rutilo quidquid Mida tangeret auro:
Fabula, ſeu verum canitur. tua copia vincit
Fontem Hermi, tactumq; Midæ pluuiasq; Tonãtis.
Obſcurat veteres, obſcurabitque futuros
Par donis, armiſque manus. ſi ſolueret ignis,
Quas dedit immanes vili pro pondere, maſſas:
Argenti potuere lacus, & flumina fundi.
Nec tibi, quæ pariter ſiluis dominaris, & aſtris,
Exiguam Stilico mouit Latonia curam.
Tu quoque nobilibus ſpectacula noſtra laboras
Illuſtrare feris, ſummoque in vertice rupis
Alpinæ ſocias arcu ceſſante pudicas,
Et pharetratarum comitum inuiolabile cogis
Concilium. veniunt humeros, & brachia nudæ,
Armatæque manus iaculis, & terga ſagittis:
Incomptæ, pulchræque tamen. ſudoribus ora
Puluerulenta a rubent. ſexum nec cruda fatetur a. horrent P.C.
Virginitas: ſine lege comæ: duo cingula veſtem
Crure tenus pendere vetant. præcedit amicas

Flaua Leontodame, ſequitur nutrita Lycæo
Nebrophone, teliſque domat quæ Mænala Thero,
Ignea Cretæa properat Britomartis ab Ida,
Et curſu Zephyrus numquam ceſſura Lycaſte.
Iungunt ſe geminæ metuenda feris [a] Hecaërge:
Et ſoror, optatum numen venatibus Opis,
Progenies Scythiæ, Diuas, nemorumque potentes
Fecit Hyperboreis Delos prælata pruinis.
Hæ ſeptem venere duces, exercitus alter
Nympharum incedunt, acies formoſa Dianæ
Centum Taygeti, centum de vertice Cynthi,
Et totidem caſto genuit quas flumine Ladon.
Quas tibi collectas vidit, ſic Delia cœpit.
O ſociæ, mecum thalami quæ iura peroſæ,
Virgineo gelidos percurritis agmine montes,
Cernitis vt Latio Superi communibus ornent
Hunc annum ſtudiis: quantos Neptunus equorum
Donet ab [b] vrbe greges: laudi [c] quàm nulla canēdæ
Fratris plectra vacent: noſtrā quoque ſentiat idem,
Quam meritis debemus, opem non ſpicula poſcit
Iſte labor: maneant clauſis nunc ſicca pharetris.
Omnis & à ſolitis noſter venatibus arcus
Temperet: in ſolam cruor hic ſeruetur arenam.
Retibus, & clauſtris dilata morte tenendæ,
Ducendæque feræ. cupidas arcete ſagittas:
Conſulis in plauſum caſuris parcite monſtris.
Acceleret diuiſa manus: mihi curſus anhelas
Tenditur ad Syrtes, mecum Dictæa Lycaſte
Et comes Opis erit. ſteriles iuuat ire per æſtus.
Namque feras aliis tellus Mauruſia donum
Præbuit, huic ſoli debet ſeu victa tributum.
Dum nos horribiles Libyæ ſcrutamur alumnos,

[a] Erymanthe: l.
[b] orbe C. l.
[c] quò l P. C.

Europæ

Ayuntamiento de Madrid

*Europæ vos interea perquirite ſaltus,*
*Et ſcopulos. poſita ludat formidine paſtor,*
*Securuſque canat Stiliconem fiſtula ſiluis.*
*Parent Numinibus montes, vt legibus vrbes.*
*Dixit, & extemplo frondoſa fertur ab Alpe*
*Trans pelagus. cerui currum ſubiere iugales,*
*Quos decus eſſe Deæ primi ſub lumine cæli*
*Roſcida ſecundis concepit Luna cauernis.*
*Par nitor intactis niuibus, frons* [a] *diſcolor auro* a. decolor P.
*Germinat, & ſpatio ſummas æquantia fagos*
*Cornua ramoſo ſurgunt procera metallo.*
*Ops frena tenet: fert retia rara Lycaſte,*
*Auratasque plagas: immortaleſque Moloſſi*
*Latrantes medius circum iuga nubibus ibant.*
*Quinque altæ paribus, Phœbe ſic iuſſerat, armis*
*Diuerſa regione ruunt, ducitque cohortem*
*Quæque ſuam: variæ formis, & gente ſequuntur,*
*Ingenioque canes. illæ grauioribus aptæ*
*Morſibus: hæ pedibus celeres, hæ nare ſagaces,*
*Hirſutæque fremunt Creſſæ, tenueſque Lacænæ,*
*Magnaque taurorum fracturæ colla Britannæ.*
*Dalmatiæ lucos, abruptaque brachia Pindi*
*Sparſa comam Britomartis agit: tu Gallica cingis*
*Luſtra Leontodame, Germanorumque paludes*
*Eruis, & ſi quis defenſus arundine Rheni*
*Vaſtus aper nimio dentes curuauerat æuo.*
*Nubiferas Alpes, Apenniniques receſſus,*
*Garganique niues Hecaërge promta fatigat:*
*Speluncas canibus Thero rimatur Iberas,*
*Informeſque cauis vrſos detrudit ab antris,*
*Quorum ſæpe Tagus manantes ſanguine rictus*
*Non ſatiauit aquis, & quos iam frigore ſegnes*



Ayuntamiento de Madrid

*Pyrenæa tegit latebroſis frondibus ilex.*
*Cyrneus, Siculiſque iugis venata virago.*
*Nebrophone ceruos, aliaſque in vincula cogit*
*Non ſæuas pecudes, ſed luxuriantis arenæ*
*Delicias, pompam nemorũ. quodcumq. tremendum*
*Dentibus, aut inſigne iubis, aut nobile cornu,*
*Aut rigidum ſetis capitur: decus omne, timorque*
*Siluarum non caute latent: non mole reſiſtunt*
*Fortia: non volucri fugiunt pernicia curſu.*
*Hæc laqueis innexa gemunt: hæc clauſa feruntur*
*Ilignis domibus. fabri nec tigna polire*
*Sufficiunt: rudibus fagis texuntur, & ornis*
*Frondentes caueæ. ratibus pars ibat onuſtis*
*Per freta, vel fluuios. exſanguis dextera torpet*
*Remigis, & propriam metuebat nauita mercem.*
*Per terram pars ducta rotis, longóque morantur*
a. mõtani C. I. *Ordine plauſtra vias, [a] montanis plena [b] triũphis,*
b. triumphi, C. I. *Et fera ſollicitis vehitur captiua iuuencis,*
*Explebat quibus antè famem: quotieſque reflexi*
*Conſpexere boues, pauidi temone recedunt.*
*Iámque pererratis Libyæ flagrantibus oris,*
*Legerat eximios Phœbi germana leones:*
*Heſperidas qui ſæpe fugant, ventoque citatis*
*Terrificant Atlanta iubis, armentáque longè*
*Vaſtant Aethiopum, quorumque impunè fragoſa*
*Murmura paſtores numquam excepere per aures.*
*Non illos tedæ ardentes, non ſtrata ſuperne*
*Lapſuro virgulta ſolo, non vocibus hædi*
*Pendentis ſtimulata fames, non foſſa fefellit:*
*Vltro ſe voluere capi, gaudentque videri,*
*Tantæ præda Deæ. reſpirant paſcua tandem:*
*Agricolæ reſerant iam tuta mapalia Mauri.*

*Tum*

Ayuntamiento de Madrid

*Tum virides* [a] *pardos, & cetera colligit Auſtri.* a. barros P. I.
*Prodigia, immaneſque ſimul Latonia dentes:*
*Qui ſecti ferro in tabulas, auroque micantes,*
*Inſcripti rutilum cælato Conſule nomen,*
*Per proceres, & vulgus eant: ſtupor omnibus Indis.*
*Plurimus ereptis elephas inglorius errat*
*Dentibus: inſedit nigra ceruice gementum,*
*Et fixum Dea quaſſat ebur, penituſque cruentis*
*Stirpibus auulſis patulos exarmat hiatus.*
*Ipſos quinetiam nobis miracula vellet*
*Ducere: ſed pigra cunctari mole veretur,*
*Tyrrhenas fetus Libycos amplexa per vndas.*
*Claſſica turba ſonat, caudamque à puppe retorquens*
*In proram iacet vſque leo: vix ſubleuat vnum*
*Tarda ratis, fremitus ſtagnis auditur in imis,*
*Cunctáque proſiliunt cete,* [b] *Tyrrhenaque Nereus* b. terrenaque P. C. I.
*Confert monſtra ſuis, ſed non æquare fatetur.*
*Aequora ſic victor quoties per rubra Lyæus*
*Nauigat: intorquet clauum Silenus, & acres*
[c] *Inſudant tonſis Satyri, taurinaque pulſu* c. Adſudãt P. I.
*Baccharum Bromios inuitant tympana remos.*
*Tranſtra ligant ederæ, malum circumflua veſtit*
*Pampinus, antennis illabitur ebria ſerpens,*
*Perq; mero madidos currunt,* [c] *ſoluuntq; rudentes* c. ſaliuntque I.
*Lynces, & inſolitæ mirantur carbaſa tigres.*

FINIS.

# CL. CLAVDIANI DE PROBINI, ET OLYBRII FRATRVM CONSVLATV PANEGYRIS.

a. flamigeris C.I.

SOL, qui[a] flamiferis mundum complexus habenis,
Voluis inexhauſto redeuntia ſecula motu,

b. crineſque I.

Sparge diem meliore coma, [b] crinemque repexi

c. rubeant B.

Blandius elato [c] ſurgant temone iugales,
Efflantes roſeum frenis ſpumantibus ignem.
Iam noua Germanis veſtigia torqueat annus
Conſulibus, lætique petant exordia menſes.

d. Anthemiũ, vide Onuphrii Faſtorum lib. III.

Seu genus [d] Auchenium, nec te latuere parentes
Anniadæ. nam ſæpe ſoles ductoribus illis
Inſtaurare vias, & curſibus addere nomen.
Hic neque per dubium pendet fortuna pauorem,
Nec nouit mutare vices, ſed fixus in omnes
Cognatos procedit honos. quemcumque requires
Hac de ſtirpe virum, certum eſt de Conſule naſci.
Per faſces numerantur aui, ſemperque renata

e. vigent, C.

Nobilitate [e] virent, & prolem fata ſequuntur,
Continuum ſimili ſeruantia lege tenorem:
Nec quiſquam procerum tentat, licet ære vetuſto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se iactare parem: ſed prima ſede relicta,

f. Anthemiis

[f] Auchenius de iure licet certare ſecundo.
Haud ſecus ac tacitã Luna regnãte per Arcton
Sidereæ cedunt acies, cùm fratre retuſo,

Aemu-

*Æmulus aduerſis flagrauerit ignibus orbis.*
*Tum iubar Arcturi languet: tunc fulua Leonis*
*Ira perit. Plauſtro iam rara intermicat Arctos*
*Indignata tegi: iam caligantibus armis*
*Debilis Orion dextram miratur inermem.*
*Quem priùs aggrediar? veterum quis a fata Probini* a. facta C. I.
*Neſciat, aut nimias laudes ignoret Olybri?*
*Viuit adhuc, completque vagis ſermonibus aures*
*Gloria fuſa Probi, quam nec ventura ſilebunt*
*Luſtra, nec b ignota rapiet ſub nube vetuſtas.* b. obſcura B.
*Illum fama vehit trans æquora, tranſque remotas*
*Tethyos ambages, Atlanteoſque receſſus.*
*Audit & gelido, ſi quem Mæotica paſcit,*
*Sub Ioue, vel calido ſi quis coniunctus in axe*
*Naſcentem te Nile bibit. virtutibus ille*
*Fortunam domuit, numquamque leuantibus altè*
*Intumuit rebus: ſed mens circumflua luxu*
*Nouerat intactum vitio ſeruare vigorem.*
*Hic non diuitias nigrantibus abdidit antris,*
*Nec tenebris damnauit opes: ſed largior imbre*
*Sueuerat innumeras hominum ditare cateruas.*
*Quippe velut denſo currentia munera nimbo*
*Cernere ſemper erat: populis vndare Penates:*
*Aſſiduos intrare inopes: remeare beatos.*
*Præceps illa manus fluuios ſuperabat Iberos,*
*Aurea dona vomens: ſi quis tellure reuulſa*
*Sollicitus fodiens c miratur collibus aurum:* c. rimatur B.
*Quantum ſtagna Tagi rudibus ſtillantia venis*
*Effluxere decus: quanto pretioſa metalli*
*Hermi ripa micat: quantas per Lydia culta*
*Deſpumat rutilas diues Pactolus arenas!*
*Non mihi centenis reſonent ſi vocibus ora,*

Mul-

*Multifiduſque ruat centum per pectora Phœbus,*
*Acta Probi narrare queam: quod in ordine gentes*
*Rexerit, ad ſummi quoties faſtigia turis*
*Venerit, Italiæ latè cùm frena teneret,*
*Illyricoſque ſinus, & quos arat Africa campos.*
*Sed nati vicere patrem, ſolique merentur*
*Victores audire Probi. non contigit illi*
*Talis honor, prima cùm parte vireſceret æui:*
*Non conſul cum fratre fuit. vos nulla fatigat*
*Cura diu maiora petens: non anxia mentem*
a. lento I. *Spes agit, & [a] longo tendit præcordia voto.*
*Cœpiſtis quo finis erat. primordia veſtra*
*Vix pauci meruere ſenes: metaſque tenetis,*
*Ante genas dulces quàm flos iuuenilis inumbret,*
*Oraque ridenti lanugine veſtiat ætas.*
*Tu precor ignarum doceas Parnaſſia vatem,*
*Quis Deus ambobus tanti ſit muneris auctor.*
*Poſtquam fulmineis impellens viribus hoſtem*
*Belliger Auguſtus trepidas laxauerat Alpes,*
*Roma Probo cupiens dignas perſoluere grates,*
*Sedula pro natis dominum flexura rogando*
*Ire parat: famuli currum iunxere volantem.*
*Impetus, horribiliſque metus, qui ſemper agentes*
*Prælia cum fremitu Romam comitantur anhelo,*
*Siue petat Parthos, ſeu cuſpide turbet Hydaſpen.*
b. mittit B. *Hic ligat axe rotas, hic ſub iuga ferrea [b] nectit*
*Cornipedes, rigidiſque docet ſeruire lupatis.*
*Ipſa triumphatis quæ poſſidet æthera regnis*
*Aſſilit, innuptæ ritus imitata Mineruæ.*
*Nam neque cæſariem crinali ſtringere cultu,*
*Colla nec ornatu patitur mollire retorto,*
*Dextrum nuda latus, niueos exſerta lacertos.*

*An-*

Ayuntamiento de Madrid

Audacem retegit mammam, laxumq́ue coërcens
Mordet gemma ſinum. nodus, qui ſubleuat enſem,
Album Puniceo pectus diſcriminat oſtro.
Miſcetur decori virtus, pulcerque ſeuero
Armatur terrore pudor, galeæque minaci
Flaua cruentarum prætenditur vmbra iubarum,
Et formidato clypeus Titana laceſſit
Lumine, quem tota variarat Mulciber arte.
Hic patrius Mauortis amor, fetusq́ue notantur
Romulei. [a] poſt amnis ineſt, & bellua nutrix: a. pius annus C.
Electro Tiberis, pueri formantur in auro:
Tingunt æra lupam: Mauors adamante coruſcat.
Iam ſimul emiſſis rapido velocior Euro
Fertur equus, ſtridunt Zephyri, curſuq́ue rotarum
Saucia diuiduis clareſcunt nubila ſulcis:
Nec traxere moras, ſed lapſu protinus vno
Quem poſcunt tetigere locum, [b] quem fine ſub vno b. qua C. I.
[c] Auguſtare aditum curuis [d] anfractibus Alpes, c. Anguſtant C. I.
Clauſtraq́ue congeſtis ſcopulis duriſſima tendunt, d. amfractibus C. I.
Non alia reſeranda manu, ſed peruia tantùm
Auguſto, geminisq́ue fidem mentita tyrannis.
Semirutæ turres, auulſaq́ue mœnia fumant.
Creſcunt in [e] cumulũ ſtrages: vallemq́; profundam e. tumulum I
Aequauere iugis. ſtagnant [f] immenſa cruore f. immerſa C. I.
Corpora, [g] traduntur permiſto funere Manes. g. turbantur I.
Haud procul exacto lætus certamine victor
Ceſpite gramineo conſederat, arbore fultus
[h] Accliues humeros. dominum gauiſa coronat h. Acclines C. I.
Terra ſuum, ſurguntq́ue toris maioribus herbæ.
Sudor adhuc per membra calet; crebroq́ue recurrit
Halitus, & placidi radiant in caſſide vultus.
Qualis lethifera populatus cæde Gelonos

Pro-

Ayuntamiento de Madrid

Procubat horrendus Getico Gradiuus in aruo.
a. Bellona C.I. Exuuias Bellona leuat. [a] belliq́ue tepentes
Puluere ſoluit equos; immenſaq́ue cornus in haſtam
Porrigitur, tremuliſq́ue ferit ſplendoribus Hebrum.
Vt ſtetit ante ducem diſcuſſas Roma per auras,
b. atrum C.I. Conſcia tunc ſonuit rupes, & inhorruit [b] acri
Maieſtate nemus. prior hic, ô Numen amicum
Dux ait, & legum genitrix, longeq́ue regendo
c. addicta C. Circumfuſa polo, conſors adiuncta [c] Tonanti,
Dic agedum, quæ cauſſa viæ? cur deſeris arces
Auſonias, cælumq́ue tuum? dic maxima rerum.
Non ego vel Libycos ceſſem tolerare labores,
Sarmaticóſue pati medio ſub frigore Coros,
Si tu Roma velis. pro te quaſcumque per oras
Ibimus, & nulla ſub tempeſtate timentes,
Solſtitio Meroën, bruma tentabimus Iſtrum.
Tum regina refert: non me latet inclyte rector,
Quòd tua pro Latio victricia caſtra laborent,
Nec quòd ſeruitium rurſus, Furiæq́ue rebelles,
Edomitæ paribus ſub te cecidere triumphis.
Sed precor hoc donum cum libertate recenti
Adiicias, ſi vera manet reuerentia noſtri.
Sunt mihi pubentes alto de ſemine fratres
Pignora cara Probi, feſta quos luce creatos
Ipſa meo foui gremio: cunabula paruis
Ipſa dedi, cùm matris onus Lucina beatum
d. proferrent C.I. Solueret, & magnos [d] præferrent ſidera partus.
His ego non Decios pulcros, fortéſue Metellos
Prætulerim: non qui Pœnum domuere ferocem
Scipiadas, Galliſq́ue genus fatale Camillos.
Pieriis pollent ſtudiis, multoq́ue redundant
Eloquio. nec deſidiis, dapibúſue paratis

Indulgere

Indulgere iuuat: nec tanta licentia vitæ
Arripit, aut mores ætas laſciua relaxat:
Sed grauibus curis animum ſortita ſenilem,
Ignea longæuo frenatur corde iuuentus.
Illis, quam propriam ducunt ab origine, ſortem
Oramus præbere velis, anniq́ue futurum
Denoueas venientis iter. non improba poſco:
Non inſueta dabis: domus hæc de more requirit.
Annue: ſic nobis Scythicus famuletur Araxes,
Sic Rhenus per vtrũque latus, Mediſq́ue ſubactis,
Noſtra Semiramiæ [a] timeant inſignia turres: a.ſtupeant I.
Sic fluat attonitis Romana per oppida Ganges.
Ductor ad hæc. optata iubes, vltroq́ue volentem
Diua rogas: non hæc precibus tentanda fuiſſent.
Viſque adeóne meam condunt obliuia mentem,
Vt pigeat meminiſſe Probi? quo iudice totam
Vidimus Heſperiam, feſſaſq́ue reſurgere gentes?
Antè dabunt hiemes Nilum, per flumina [b] damæ b.dammæ C. I.
Errabunt, glacieq́ue niger damnabitur Indus.
Antè Thyeſten iterum conterrita menſis
Interciſa dies refugos vertetur in ortus,
Quàm Probus à noſtro poſſit diſcedere ſenſu.
Dixerat: & velox iam nuntius aduolat vrbem.
Extemplo ſtrepuere chori, colleſq́ue canoris
[c] Pulſibus impulſi ſeptena voce reſultant. c.Plauſibus C. I.
Lætatur veneranda parens, & pollice docto
Iam parat auratas trabeas, curruſq́ue micantes
Stamine: quod molli tondent de ſtipite Seres,
Frondea lanigeræ carpentes vellera ſiluæ:
Et longum tenues tractus producit in aurum,
Filaq́ue concreto cogit ſqualere metallo.
Qualis purpureas præbebat candida veſtes

*Numinibus Latona ſuis, cùm ſacra redirent*
*Ad loca nutricis, iam non errantia Deli.*
*Illa feros ſaltus, & deſolata relinquens*
a. certis C. I. *Mænala, laſſato* [a] *Cretam venatibus arcu.*
*Phœbus adhuc nigris rorantia tela venenis*
*Exſtincto Pythone ferens: tunc inſula notos*
*Lambit amica pedes, ridetque Aegæus alumnis*
*Lenior, & blando teſtatur gaudia fluctu.*
*Sic Proba præcipuo natos exornat amictu;*
*Quæ decorat mundum: cuius Romana poteſtas*
*Fetibus augetur. credas ex æthere lapſam*
*Stare pudicitiam, vel ſacro thure vocatam*
*Iunonem Inachiis oculos aduertere templis.*
*Talem nulla refert antiquis pagina libris,*
*Nec Latiæ cecinere tubæ, nec Græca vetuſtas:*
*Coniuge digna Probo: nam tantum cœtibus exſtat*
*Femineis, quantum ſupereminet ille maritos:*
b. Hi quatuor verſus non erant in C. I. [b] *Ceu ſibi certantes ſexus qui poſſit vterque*
*Hunc legere ad herum. taceat Nereida nuptam*
*Pelione duplici fecundam Conſule matrem*
*Felicemque vterum, qui nomina parturit annis.*
*Vt ſceptrum geſſere manu, membriſq; rigentes*
*Aptauere togas: ſignum dat ſummus hiulca*
*Nube pater, gratamque facem per inane rotantes*
c. Sic ex antiquis libris lego nõ omnia, ut eſt in vulgatis. *Proſpera vibrati tenuerunt* [c] *omina nimbi.*
*Accepit ſonitus curuis Tiberinus in antris,*
*Ima valle ſedens, arrectis auribus hæſit.*
*Vnde repentinus populi fragor. ilicet herbis*
*Pallentes thalamos, & ſtructa cubilia muſco*
*Deſerit, ac Nymphis dominam commẽdat herilem.*
*Illi glauca nitent hirſuto lumina vultu,*
*Cæruleis infecta notis, reddentia patrem*
*Oceanum*

Ayuntamiento de Madrid

Oceanum : criſpo denſantur gramine colla.
Vertice luxuriat toto crinalis arundo:
Quam neque fas Zephyris frangi, nec ſole peruſtam
Æſtiuo candore mori : ſed viuida frondet
Æquæuum complexa caput. taurina leuantur
Cornua, temporibus raucos ſudantia riuos.
Diſtillant per pectus aquæ : frons hiſpida manat
Imbribus : in liquidos fontes ſe barba[a] recepit.
Palla graues humeros velat, quam neuerat vxor,
Illi percurrens vitreas ſub gurgite telas.
Eſt in Romuleo procumbens inſula Thybri,
Quà medius geminas interfluit alueus vrbes,
Diſcretas ſubeunte freto, paritérque minantes,
Ardua turrigeræ ſurgunt in culmina ripæ.
Heic ſtetit, & ſubitum proſpexit ab aggere votum:
Vnanimes fratres iunctos ſtipante Senatu
Ire forum, ſtrictaſque procul radiare ſecures,
Atque vno biiuges tolli de limine faſces.
Obſtupuit viſu, ſuſpenſaque gaudia vocem
Oppreſſam tenuere diu. mox inchoat ore.
Reſpice ſi tales iactas aluiſſe fluentis
Eurotas, Spartéve tuis. quid protulit æquum
Falſus olor, valido quamuis decernere cæſtu
Norint, & ratibus ſæuas arcere procellas.
En noua Ledæis ſoboles fulgentior aſtris.
Ecce mei ciues : quorum iam ſignifer optat
Aduentum, ſtelliſque parat conuexa futuris.
Iam per noctiuagos dominetur Olybrius axes,
Pro Polluce rubens, pro Caſtore flama Probini.
Ipſi vela regent : ipſis[b] donantibus auras
Nauita tranquillo moderabitur æquore pinum.
Nunc pateras libare Deis, nunc ſoluere multo

a repectit. C. reſoluit l.

b. dominantibus, vt eſt in vulgatis libris, non placet.

Nectare corda libet niueos iam pandite cœtus
Naiades, & totum violis prætexite fontem.
Mella ferant ſiluæ: iam profluat ebrius amnis
Mutatus in vina vadis: iam ſponte per agros
Sudent irriguæ ſpirantia balſama venæ.
Currat, qui ſociæ roget in conuiuia menſæ
Indigenas fluuios, Italis quicumque ſuberrant
Montibus, Alpinasque bibunt de more pruinas:
Vulturnusque rapax, & Nar vitiatus odoro
Sulfure, tardatusque ſuis erroribus Vfens:
Et Phaëthonteæ perpeſſus damna ruinæ
Eridanus, flauæq; tenens querceta Maricæ
Liris, & Oebaliæ qui [a] reparat arua Galeſus.
Semper honoratus noſtris celebrabitur vndis
Iſte dies: ſemper dapibus recoletur opimis.
Sic ait, & Nymphæ patris præcepta ſecutæ
Tecta, parant epulis, oſtroque [b] reſecta coruſco
Humida gemmiferis illuxit regia menſis.
O bene ſignatum fraterno nomine tempus,
O conſanguineis felix auctoribus annus,
Incipe quadrifidum Phœbi torquere laborem.
Prima tibi procedat hiems non frigore torpens,
Non canas veſtita niues, non aſpera ventis,
Sed trepido calefacta Noto. ver inde ſerenum
Protinus, & liquidi clementior aura Fauonî
Pratis te croceis pingat: te meſſibus æſtas
Induat, autumnusque madentibus [c] imbuat vuis.
Omni nobilior luſtro, tibi gloria ſoli
Contigit: exactum numquam memorata per æuum
Germanos habuiſſe duces: te cuncta loquetur
Tellus, te variis ſcribent in floribus horæ,
Longaque perpetuis ducent in ſecula faſti.

a. temperat C.I.
b. infecta C.I.
c. ambiat C.I.

C L.

Ayuntamiento de Madrid

# CL. CLAVDIANI IN NVPTIIS HONORII AVG. ET MARIAE, [a] FESCENINA

## ODE I. Alcaicum.

PRINCEPS coruſco ſidere pulcrior,
Parthis ſagittas tendere certior,
Eques Gelonis imperioſior,
Quæ digna mentis laus erit arduæ?
Quæ digna formæ laus erit igneæ?
Te Leda mallet quàm dare Caſtorem.
Præfert Achilli te proprio Thetis:
Victum fatetur Delos Apollinem:
Credit minorem Lydia Liberum.
Tu cùm per altas impiger ilices
Præda citatum cornipedem reges,
Ludentque ventis inſtabiles comæ:
Telis iacebunt ſponte tuis feræ,
Gaudensque ſacris vulneribus leo,
Admittet haſtam morte ſuperbior.
Venus reuerſum ſpernit Adonidem,
Damnat reductum Cynthia Virbium.
Cùm poſt labores ſub platani [b] cubes
Virentis vmbra, vel gelido ſpecu
Torrentiorem fallere Sirium,
Et membra ſomno feſſa reſolueris:
O quantus vret tum Dryades calor!
Quot æſtuantes ancipiti gradu

[a] Sic in P. longè rectius legitur, quàm Epithalamiũ, quod in vulgatis eſt.

[b] voles P. I.

*Furtiua carpent oſcula Naiades!*
*Quis verò acerbis horridior Scythis?*
*Quis belluarum corde furentior?*
*Qui cum micantem te prope viderit,*
*Non optet vltro ſeruitium pati?*
*Quis non catenas arripiat libens,*
*Collóque poſcat vincula libero?*
*Tu ſi niualis per iuga Caucaſi*
*Sæuas petiſſes pulcer Amazonas,*
*Peltata pugnas deſereret cohors,*
*Sexu recepto: patriis & immemor*
*Inter frementes Hippolyte tubas*
*Strictam ſecurim languida poneret,*
*Et ſeminudo pectore cingulum*
a. traderet B. *Forti negatum* [a] *ſolueret Herculi,*
*Bellumque ſolus conficeret decor.*
*Beata quæ te mox faciet virum,*
*Primisque ſeſe iunget amoribus.*

Anacreontium cũ Sapphico choriambico.

## ODE II.

*AGè cuncta nuptiali*
*Redimita vere tellus*
*Celebra toros heriles.*
b. foliis C. I. *Omne nemus cum* [b] *fluuiis, omne canat profũdum.*
*Ligures fauete campi,*
*Veneti fauete montes,*
*Subitiſque ſe roſetis*
*Veſtiat Alpinus apex, & rubeant pruinæ,*
*Atheſis ſtrepat choreis,*
*Calamiſque flexuoſus*

*Lene*

*Lene Mincius ſuſurret,*
*Et Padus electriferis admoduletur alnis,*
*Epuliſque iam repleto,*
*Reſonet Quirine Thybris,*
*Dominiq́ue læta votis*
*Aurea ſeptem geminas Roma coronet arces.*
*Procul audiant Iberi;*
*Fuit vnde ſemen aulæ:*
*Vbi plena laurearum*
*Imperio feta domus vix numerat triumphos.*
*Habet hinc patrem maritus,*
*Habet hinc puella matrem,*
*Geminaq́ue parte ductum*
*Cæſareum flamineo ſtemma recurrit ortu.*
*Decorent* [a] *vireta Bætim,* a. virecta C.
*Tagus intumeſcat auro,*
*Generiſque procreator*
*Sub vitreis Oceanus luxurietur* [b] *vndis,* b. antris P. C.
*Orienſque regna fratrum,*
*Simul Occidenſq́ue plaudat.*
*Placidæ lætentur vrbes,*
*Quæq́ue nouo, quæq́ue nitent deficiente Phœbo.*
*Aquiloniæ procellæ,*
*Rapidi tacete Cori.*
*Taceat ſonorus Auſter:*
*Solus ouantem Zephyrus perdominetur annum.*

## ODE III.

Anapæſticum.

*SOlitas galea fulgere comas*
*Stilico molli necte corona.*

*Ceſſent litui, ſæuumque procul*
*Martem felix teda releget.*
*Tractus ab aula rurſus in aulam*
*Redeat ſanguis patris officiis.*
*Iunge potenti pignora dextra.*
*Gener Auguſti pridem fueras,*
*Nunc rurſus eris ſocer Auguſti.*
*Quæ iam rabies liuoris erit?*
*Vel quis dabitur color inuidiæ?*
*Stilico ſocer eſt, pater eſt Stilico.*

Aſclepiadeũ.

## ODE IIII.

*ATtollens thalamis Idalium iubar,*
*Dilectus Veneri naſcitur Heſperus.*
*Iam nuptæ trepidat ſollicitus pudor,*
*Iam produnt lacrymas flamea ſimplices.*
*Ne ceſſa iuuenis cominus aggredi,*
*a Impacata licet ſæuiat vnguibus.*
*Non quiſquam fruitur veris odoribus,*
*Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos,*
*Si fronti caueat, ſi timeat rubos.*
*Armat ſpina roſas, mella tegunt apes,*
*Creſcunt difficili gaudia iurgio,*
*Accenditque magis, quæ refugit, Venus.*
*Quod flenti tuleris, plus ſapit, oſculum.*
*Dices ô quoties hoc mihi dulcius,*
*Quàm flauos decies vincere Sarmatas.*
*Adſpirate nouam pectoribus fidem,*
*Manſuramque facem tradite ſenſibus.*
*Tam iunctis manibus nectite vincula,*
*Quàm frondens edera ſtringitur æſculus,*

a. Iam pacata, quod libri vulgà habēt, corruptum eſt.

Quàm

*Quàm lento premitur palmite populus.*
*Et murmur querulæ blandius alite,*
*Linguis aſſiduè reddite mutuis.*
*Et labris animum conciliantibus,*
*Alternum rapiat ſomnus anhelitum,*
*Amplexu [a] careat purpura regio,* a. calcat B.
*Et veſtes Tyrio ſanguine fulgidas,*
*Alter virgineus nobilitet cruor.*
*Tum victor madido proſilias toro,*
*Nocturni referens vulnera prælij.*
*Ducant peruigiles carmina tibiæ,*
*Permiſſiſque iocis turba licentior*
*Exſultet tetricis libera legibus.*
*Paſſim cum ducibus ludite milites;*
*Paſſim cum pueris ludite virgines.*
*Hæc vox ætheriis inſonet axibus:*
*Hæc vox per populos, per mare tranſeat:*
*Formoſus Mariam ducit Honorius.*

## CL. CLAVDIANI IN NVPTIAS HONORII, ET MARIAE, PRAEFATIO.

*SVrgeret in thalamum ducto cùm Pelion arcu,*
*Nec caperet tantos hoſpita terra Deos:*
*Cùm ſocer æquoreus, numeroſaque turba ſororum.*
*Certarent epulis continuare dies,*
*Præberetque Ioui communia pocula Chiron,*
*Molliter obliqua parte refuſus equi:*
*Peneus gelidos [b] mutaret nectare fontes:* b. miſceret B.
*Oetæis fluerent ſpumea vina iugis.*
*Terpſichore [c] facilem laſciuo pollice mouit* c. gracile A.

*Barbiton, & molles duxit in antra choros.*
*Carmina nec ſuperis, nec diſplicuere Tonanti,*
*Cùm teneris noſſent congrua vota modis.*
a. Craton, *Centauri, Fauniq́ue negāt, quæ flectere* [a] *Rhæcum*
in vulgatis codicibus corrupte legitur. *Quæ rigidum poterat plectra mouere Pholum.*
*Septima lux aderat cælo, totieſque renatus*
*Viderat exactos Heſperus igne choros.*
*Tū Phœbus, quo ſaxa domat, quo pertrahit ornos,*
*Pectine tentauit nobiliore lyram.*
*Venturúmque ſacris fidibus iam ſpondet Achillem:*
*Iam Phrygias cædes, iam Simoënta canit.*
*Frondoſo ſtrepuit felix Hymenæus Olympo.*
*Reginam reſonant Othrys, & Oſſa Thetim.*

# CL. CLAVDIANI DE NVPTIIS HONORII, ET MĀRIAE.

H*AVSERAT inſolitos promiſſæ virginis ignes*
*Auguſtus, primoq́ue rudis flagrauerat æſtu.*
*Nec nouus vnde calor, nec quid ſuſpiria vellent*
*Nouerat incipiens, & adhuc ignarus amandi.*
*Non illi venator equus, non ſpicula curæ:*
*Non iaculum torquere libet. mens omnis aberrat*
b. vulnus, quod pūxit C. *In* [b] *vultus, quos finxit amor. quàm ſæpe medullis*
*Erupit gemitus! quoties incanduit ore*
*Confeſſus ſecreta rubor? nomenq́ue beatum*
*Iniuſſæ*

*Iniuſſæ ſcripſere manus? iam munera nuptæ*
*Præparat, & pulcros Mariæ, ſed luce minores*
*Eligit ornatus, quidquid venerabilis olim*
*Liuia, Diuorumque nurus geſſere ſuperbæ.*
*Incuſat ſpes ægra moras, longique videntur*
*Stare dies, ſegnemque rotam non voluere Phœbe.*
*Scyria ſic tenerum virgo flamabat Achillem,*
*Fraudis adhuc expers, bellatriceſque docebat*
*Ducere fila manus, & mox, quos horruit, idem*
*Theſſalico roſeos nectebat*[a] *pectine crines.* a. pollice I
*Hæc etiam queritur ſecum. quonã vſque verendus*
*Cunctatur mea vota ſocer? quid iungere differt*
*Quam pepigit, caſtaſque preces implere recuſat?*
*Non ego luxuriam Regum, morémque ſecutus*
*Quæſiui vultum*[b] *thalamis, vt nuntia formæ* b. tabulis, C.
[c] *Læua per innumeros iret pictura Penates.* c. Lena P C.I.
*Nec variis dubium thalamis lecturus amorem,*
*Ardua commiſi falſæ*[d] *connubia ceræ.* d. conubia C.I.
*Non rapio præceps alienæ fœdera tedæ,*
*Sed quæ ſponſa mihi pridem, patriſque relicta*
*Mandatis, vno materni ſanguinis ortu*
*Communem partitur auum. faſtigia ſupplex*
*Depoſui, geſſique procum de limine ſacro.*
*Oratum miſi proceres, qui proxima nobis*
*Iura tenent. Stilico fateor non parua popoſcit*
*Sed certè mereor. princeps hic principe natus,*
*Qui ſibi te generum fraterna prole reuinxit.*
*Cui Mariam debes, fœdus mihi ſolue paternum:*
*Redde ſuos aulæ. mater fortaſſe rogari*
*Mollior. ô patrui germen, cui nominis heres*
*Succeſſi, ſublime decus torrentis Iberi,*
*Stirpe ſoror, pietate parens, tibi creditus infans,*



Ayuntamiento de Madrid

Inque tuo creui gremio, partuque remoto
Tu potius Flaccilla mihi. quid diuidis ergo
Pignora? quid iuueni natam non tradis alumno?
Optatus'ne dies aderit? dabitur'ne iugalis
Nox vnquam? tali ſolatur vulnera queſtu.
Riſit Amor, placideq; volat trans æquora matri
Nuntius, & totas iactantior explicat alas.
a. Ionium P.C. Eoũ Cypri præruptus I.
Mons latus [a] Eoum Cypreæ rupis obumbrat,
Inuius humano greſſu, Phariumque cubile
Proteos, & ſeptem deſpectans cornua Nili.
Hunc neque candentes audent veſtire pruinæ:
Hunc venti pulſare timent, hunc lædere nimbi.
Luxuriæ, Venerique vacat. pars acrior anni
Exſulat: æterni patet indulgentia veris.
In campum ſe fundit apex. hunc aurea ſepes
Circuit, & fuluo defendit prata metallo:
Mulciber, vt perhibent, his oſcula coniugis emit
Mœnibus, & tales vxorius obtulit arces.
...prata ...C.I.
Intus [b] rura micant, manibus quæ ſubdita nullis
Perpetuum florent, Zephyro contenta colono:
Vmbroſumque nemus, quo non admittitur ales,
Ni probet antè ſuos Diua ſub iudice cantus.
Quæ placuit, fruitur ramis: quæ victa, recedit.
Viuunt in Venerem frondes, omniſque viciſſim
Felix arbor amat. nutant ad mutua palmæ
Fœdera, populeo ſuſpirat populus ictu,
Et platani platanis, alnoque aſſibilat alnus.
Labuntur gemini fontes: hic dulcis, amarus
Alter, & infuſis corrumpit mella venenis,
Vnde Cupidineas armauit fama ſagittas.
Mille pharetrati ludunt in margine fratres,
...abitu
Ore pares, [c] æuo ſimiles, gens mollis Amorum.

Hos

*Hos Nymphæ pariunt, illum Venus aurea ſolum*
*Edidit: ille Deos cælumque, & ſidera cornu*
*Temperat, & ſummos dignatur figere Reges:*
*Hi plebem feriunt. nec cetera numina deſunt.*
*Heic habitat nullo conſtricta licentia nodo,*
*Et flecti faciles iræ, vinoque madentes*
*Excubiæ, lacrymæq; rudes, & gratus amantum*
*Pallor, & in primis titubans audacia furtis:*
*Iucundique metus, & non ſecura voluptas,*
*Et laſciua volant leuibus periuria pennis.*
*Hos inter petulans alta ceruice* [a] *iuuenta* a. iunctus P.C.I.
*Excludit ſenium luco. procul atria Diuæ*
*Permutant radios, ſiluaque obſtante vireſcunt.*
*Lemnius hec etiam gemmis exſtruxit & auro,*
*Admiſcens artem pretio, grauibusque ſmaragdis*
*Suppoſuit cæſis hyacinthi rupe columnas.*
*Beryllo paries, & iaſpide lubrica ſurgunt*
*Limina, deſpectusque ſolo calcatur achates.*
*In medio glebis redolentibus area diues*
*Præbet odoratas meſſes. heic mitis amomi,*
*Heic caſiæ matura ſeges, Panchæaque* [b] *ſurgunt* b. turgent P.C.I.
*Cinnama, nec ſicco frondeſcunt vimina coſto,*
*Tardaque ſudanti prorepunt balſama* [c] *ſucco.* c. riuo I.
*Quô poſtquam* [d] *dilapſus Amor, longasque peregit* d. delapſus P.
*Penna vias: alacer, paſſuque ſuperbior intrat.*
*Cæſariem tunc fortè Venus ſubnixa coruſco*
*Fingebat ſolio: dextra, læuaque ſorores*
*Stabant Idaliæ. largos hæc nectaris imbres*
*Irrigat: hæc morſu numeroſi dentis eburno* e Multi
[e] *Multifidum diſcrimen arat: ſed tertia retro* modum Parrh. C
*Dat varios nexus, & iuſto diuidit orbes* ment lib.
*Ordine, neglectam partem ſtudioſa relinquens* 11. de ra
in Profe

Plus

*Plus error decuit: ſpeculi nec vultus egebat*
*Iudicio. ſimilis tecto monſtratur in omni,*
*Et rapitur quodcumque videt, dum ſingula cernit,*
*Seq́ue probat: nati venientis conſpicit vmbram,*
*Ambroſioque ſinu puerum complexa ferocem,*
*Quid tantum gauiſus ait? quæ prælia ſudas*
*Improbe? quis iacuit telis? iterúmne Tonantem*
*Inter Sidonias cogis mugire iuuencas?*
*An Titana domas? an paſtoralia Lunam*
*Rurſus in antra vocas? durũ, magnumq́ue videris*
*Debellaſſe Deum. ſuſpenſus in oſcula matris*
*Ille refert. lætare parens, immane tropæum*
*Rettulimus: noſtrum iam ſenſit Honorius arcum.*
*Scis Mariam, patreq́ue ducem, qui cuſpide Gallos,*
*Italiamq́ue fouet: nec te præclara Serenæ*
*Fama latet. propera: regalibus annue votis:*
*Iunge toros. natum gremio Cytherea remouit:*
*Et crines feſtina ligat, peplumq́ue fluentem*
*Alleuat, & blando ſpirantem numine ceſton*
*Cingitur, impulſos pluuiis quo mitigat amnes,*
*Quo mare, quo ventos, irataq́ue flumina ſoluit.*
*Vt ſtetit ad litus, paruos affatur alumnos.*
a. Ecquis C.I. [a] *Heus quis erit pueri, vitreas qui lapſus in vndas,*
*Huc rapidũ Tritona vocet? quo vecta per altum*
*Deferar? haud vmquam tanto mihi venerit vſu.*
*Sacri quos petimus thalami, pernicius omnes*
b. circumtonat P. C.I. *Quærite, ſeu cõcha Libycum [b] circumtonat æquor,*
*Ægeas ſeu frangit aquas. quicumque repertum*
*Duxerit: aurata donabitur ille pharetra.*
c. parte C. *Dixerat, & ſparſi diuerſa [c] plebe feruntur*
*Exploratores pelagi. ſub fluctibus ibat*
*Carpathiis Triton, obluctantemq́ue petebat*
*Cymo-*

Ayuntamiento de Madrid

*Cymothoën: timet illa ferum, ſeſeque ſequenti*
*Surripit, & duris elabitur vda lacertis.*
*Heus, inquit ſpeculatus Amor, non veſtra ſub imis*
*Furta tegi potuere vadis: accingere noſtram*
*Vecturus dominam. pretium non vile laboris,*
*Cymothoën facilem, quæ nunc detrectat, habebis:*
*Hac mercede veni. prorumpit gurgite toruus*
*Semifer. vndoſi velabant brachia crines:*
[a] *Hiſpida tendebat bifido veſtigia cornu.*
*Quâ* [b] *piſtrix commiſſa viro, ter pectora mouit.*
*Iam quarto Paphias tractu ſulcabat arenas.*
*Vmbratura Deam retro ſinuatur in arcum*
*Bellua. tum viuo ſqualentia murice terga*
*Purpureis mollita* [c] *toris. hoc nauigat* [d] *antro*
*Fulta Venus: niueæ delibant æquora plantæ.*
*Proſequitur volucer latè comitatus amorum,*
*Tranquillumq́; choris quatitur mare. ſerta per oẽs*
*Neptuni diſperſa domos, Cadmeia ludit*
*Leucothoë, frenatq́ue roſis delphina Palæmon.*
*Alternis violis Nereus interſerit algas.*
*Canitiem Glaucus ligat immortalibus herbis,*
*Necnon & variis vectæ Nereides ibant*
*Audito Tritone feris. hanc piſce volutam*
*Subleuat Oceani monſtrum Tarteſſia tigris:*
*Hanc timor Ægei* [e] *rapturus fronte carinas*
*Trux aries. hæc* [f] *ceruleæ ſuſpenſa* [g] *leænæ*
*Innatat: hæc viridem trahitur complexa iuuẽcum,*
*Certatimq́ue nouis onerant* [h] *connubia donis.*
*Cingula Cymothoë, rarum Galatea monile,*
*Et grauibus Spathale baccis diadema ferebat,*
*Intextum rubro quas legerat ipſa profundo.*
*Mergit ſe ſubitò, vellitq́ue coralia Clotho.*

a. Aſpera P.C.I.
b. priſtis *Mariang. Diatriba in Auſonium.*
c. roſis *Mariang. Diatriba in Ouidij Metamorph. in veteri codice exſtare ſcribit.*
d. arcu P.C.
e. rupturus P.C.
f. cærulea. P.C.I
g. leæna P.C.I.
h. conubia P.C.I.

*Vimen*

Ayuntamiento de Madrid

*Vimen erat, dum ſtagna ſubit: proceſſerat vndis,*
*Gemma fuit. nudæ Venerem cinxere cateruæ,*
*Plaudenteſque ſimul tali cum voce ſequuntur.*
*Hos Mariæ cultus, hæc munera noſtra precamur*
*Reginæ Regina feras. dic talia numquam*
*Promeruiſſe Thetim, nec cùm ſoror Amphitrite*
*Noſtro nupta Ioui deuotum ſentiat æquor:*
*Agnoſcat famulum virgo Stiliconia Pontum.*
*Victrices nos ſæpe rates, claſſemque paternam*
*Veximus, ad triſtes cùm tenderet vltor Achiuos.*
*Iam Ligurum terris ſpumantia pectora Triton*
*Appulerat, laſſoſque fretis extenderat orbes.*
*Continuò ſublime volans ad mœnia Galli*
*Condita, [a] lanigeræ ſuis oſtentantia pellem*
*Peruenit. aduentu Veneris [b] ſpiſſata recedunt*
*Nubila: clareſcunt puris Aquilonibus Alpes.*
*Lætitiæ cauſſas ignorat dicere miles,*
*Lætatúrque tamen: Mauortia ſigna rubeſcunt*
*Floribus, & ſubitis animantur frondibus haſtæ.*
*Illa ſuum dictis affatur talibus agmen*
*Gradiuum noſtri comites arcete parumper,*
*Vt ſoli vacet aula mihi. procul igneus horror*
*Thoracum, gladióſque tegat vagina minaces.*
*Stent bellatrices aquilæ, ſæuique dracones.*
*Fas ſit caſtra meis hodie ſuccumbere ſignis.*
*Tibia pro lituis, & pro clangore tubarum*
*Molle lyræ, feſtumque canant epulentur ad ipſas*
*Excubias: mediis ſpirent crateres in armis.*
*Laxet terribiles maieſtas regia faſtus,*
*Et ſociam plebem non indignata poteſtas*
*Confundant turbæ proceres. ſoluantur habenis*
*Gaudia: nec leges pudeat ridere ſeueras.*

a. Sic Ioan. Baptiſta Pius comment. n Sidonij lib. VII epiſt. ad Voluſianum legit: vulgati libri lanigeriſque mendoſe.
b. pulſata B.

*Tu feſtas Hymeneæ faces, tu Gratia flores*
*Elige: tu geminas Concordia necte coronas.*
*Vos pennata cohors, quocumque vocauerit vſus,*
*Diuiſa properate manu, neu marceat vlla*
*Segnities. alij funalibus ordine ductis*
*Plurima venturæ ſuſpendite lumina nocti.*
*Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto*
*Contendant: pars nectareis adſpergere tecta*
*Fontibus, & flamma lucos adolere Sabæos.*
*Pars infecta croco velamina lutea Serum*
*Pandite, Sidoniaſque ſolo proſternite veſtes.*
*Aſt alij thalamum docto componite textu.*
*Stamine gemmato, picturatiſque columnis*
*Ædificetur apex: qualem non Lydia diues*
*Erexit Pelopi, nec quem ſtruxere Lyæo*
*Indorum ſpoliis, & opaco palmite Bacchæ.*
*Illic exuuias omnes cumulate parentum:*
*Quidquid auus ſenior Mauro, vel Saxone victis:*
*Quidquid ab innumeris ſocio Stilicone tremendus*
*Quæſiuit genitor bellis:* [a] *quæcumque Gelonus*
*Armenius've dedit: quantum crinita ſagittis*
*Attulit extremo Meroë circumflua Nilo:*
*Miſit Achæmenio quidquid de Tigride Medus,*
*Cum ſupplex emeret Romanam Parthia pacem.*
*Nobilibus gazis, opibuſque cubilia ſurgant*
*Barbaricis. omnes thalamo conſerte triumphos.*
*Sic ait, & ſponſæ petiit improuiſa Penates.*
*Illa autem ſecura tori, tedaſque parari*
*Neſcia, diuinæ fruitur ſermone parentis,*
*Maternoſque bibit mores, exemplaque diſcit*
*Priſca pudicitiæ: Latios nec voluere libros*
*Deſinit, aut Graios, ipſa genitrice magiſtra.*

a. quodcumque P.I.

*Mæonius*

*Mæonius quæcũque ſenex, aut Thracius Orpheũs,*
*Aut Mitylenæo modulatur pectine Sappho.*
*Sic Triuiam Latona monet: ſic mitis in antro*
*Mnemoſyne docili tradit præcepta Thaliæ.*
*Cùm procul augeri nitor, & iucundior aër*
*Attonitam luſtrare domum, fundiq́ue comarum*
*Gratus odor: mox vera fides, numenq́ue refulſit.*
*Cunctatur ſtupefacta Venus: nunc ora puellæ,*
*Nunc flauam niueo miratur vertice matrem.*
a. modo I. *Hæc [a] noua creſcenti, plenæ par altera Lunæ*
*Aſſurgit: ceu fortè minor ſub matre virenti*
*Laurus, & ingentes ramos, olímque futuras*
*Promittit iam parua comas: vel flore ſub vno*
*Ceu geminæ Pæſtana roſæ per iugera regnant.*
*Hæc largo matura die, ſaturatáque vernis*
*Roribus, indulget ſpatio: latet altera nodo,*
*Nec teneris audet foliis admittere Soles.*
*Adſtitit, & blandè Mariam Cytherea ſalutat.*
*Salue ſidereæ proles auguſta Serenæ,*
*Magnorum ſoboles Regum, parituráque Reges.*
*Te propter Paphias ædes, Cyprumq́ue reliqui:*
b. tranaſſe C. *Te propter libuit tantos explere labores,*
*Et tantum [b] tranſnaſſe maris: ne vilior vltra*
*Priuatos patiare Lares, neu tempore longo*
*Dilatos iuuenis nutriret Honorius ignes.*
*Accipe fortunam, generis diadema reſume,*
*Quod tribuas natis, & in hæc penetralia rurſus,*
*Vnde parens progreſſa, redi. fac nulla ſubeſſe*
*Vincula cognatæ: quamuis aliena fuiſſes*
*Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.*
*Quæ propior ſceptris facies? quis dignior aula*
*Vultus erit? non labra roſæ, non colla pruinæ,*

Non

Ayuntamiento de Madrid

*Non crines æquant violæ, non lumina flamæ.*
*Quàm* [a] *vincto leuiter ſeſe diſcrimine confert* — a. iuſto B.
*Vmbra ſupercilij! miſcet quàm iuſta pudorem*
*Temperies! nimio nec ſanguine candor abundat.*
*Auroræ vincis digitos, humeroſq; Dianæ.*
*Ipſam iam ſuperas matrem. ſi Bacchus amator*
*Dotali potuit cælum ſignare corona,*
*Cur nullis virgo redimitur pulcrior aſtris?*
*Iam tibi molitur ſtellantia ſerta Bootes,*
*Inq; decus Mariæ iam ſidera parturit æther.*
*O digno nectenda viro, tantiq; per orbem*
*Conſors imperij. iam te venerabitur Iſter:*
*Nomen adorabunt populi. iam Rhenus, & Albis*
*Seruiet: in medios ibis Regina Sicambros.*
*Quid numerem gentes, Atlanteoſq; receſſus*
*Oceani? toto pariter* [b] *dotabere mundo.* — b. donabere B.
*Dixit, & ornatus dederant quos nuper ouantes*
*Nereides, collo, membriſq; micantibus aptat.*
*Ipſa caput diſtinguit acu, ſubſtringit amictus:*
*Flamea virgineis accommodat ipſa capillis.*
*Ante fores iam pompa ſonat, pilentaq; ſacram*
*Præradiant ductura nurum. calet obuius ire*
*Iam princeps, tardumq; cupit diſcedere Solem.*
*Nobilis haud aliter ſonipes, quem primus amoris*
*Sollicitauit odor, tumidus, quatienſq; decoras*
*Curuata ceruice iubas, Pharſalia rura*
*Peruolat, & notos hinnitu flagitat amnes,*
*Naribus accenſis: mulcet fecunda magiſtros*
*Spes gregis, & pulcro gaudent armenta marito.* — c. circa: P. C. I.
*Candidus intereà poſitis exercitus armis* — d. ritu pluuiæ diſpergere flores I.
*Exſultat ſocerum* [c] *iuxta: nec ſignifer vllus,*
*Nec miles* [d] *pluuiæ flores diſpergere ritu*

T *Ceſſat,*

Ayuntamiento de Madrid

Ceſſat, purpureoq; ducem perfundere nimbo.
Hæc quoque velati lauro, myrtoq; canebant.
Diue parens, ſeu te complectitur axis Olympi,
Seu colis Elyſias animarum præmia valles,
En promiſſa tibi Stilico iam vota peregit.
a. conubia C. L. Iam gratæ rediere vices: [a] connubia penſat,
Acceptum reddit thalamum, natoq; reponit
Quod dederat genitor. nunquam te ſancte pigebit
Iudicij: nec te pietas ſuprema fefellit.
Dignus cui leges, dignus cui pignora tanti
Principis, & rerum commendarentur habenæ.
Dicere poſſemus quæ prælia geſta ſub Aemo,
Quæq; cruentarint fumantem Strymona pugnæ.
Quam notus clypeo, quanta vi fulminet hoſtem,
Ni prohiberet Hymen, quæ tempeſtiua relatu
Nunc canimus. quis conſilio, quis iuris & æqui
b. diſſidet, C diſſilit, I. Noſſe modum melior? quod ſemper [b] deſidet, in te
Conuenit: ingenio robur, prudentia forti.
Fronte quis æquali? quem ſic Romana decerent
Culmina? ſufficerent tantis quæ pectora curis?
Stes licet in populo, clamat, quicunque videbit,
Hic ille eſt Stilico. ſic te teſtatur, & offert
Celſa poteſtatis ſpecies: non voce feroci,
Non alto ſimulata gradu, non improba geſtu.
Affectant alij quidquid, fingiq; laborant,
Hæc donat natura tibi. pudor emicat vnà,
Formoſumque rigor, vultuſque auctura verendos
Canities feſtina venit. [c] conſorte remota,
c. en ſorte R. [d] Contingit ſenij grauitas, vireſque iuuentæ.
d. Cõtingant grauitaſq; e ſeni, L. Vtraque te cingit propriis inſignibus ætas.
Ornatur fortuna viro: non vlla nocendi
Tela, nec inſecti iugulis ciuilibus enſes.

Non

Non odium terrore moues, nec frena reſoluit
Gratia. diligimus pariter, pariterq; timemus.
Ipſe metus te noſter amat, iuſtiſſime legum
Arbiter, egregiæ pacis fidiſſime cuſtos.
Optime ductorum, fortunatiſſime patrum,
Plus [a] iam, plus domino cuncti debere fatemur, a. tibi iam B.
Quod gener eſt inuicte tuus. vincite corona:
Inſere te noſtris contemto iure choreis.
Sic puer Eucherius ſuperet virtute parentem:
Aurea ſic videat ſimiles Thermantia tedas:
Sic vterus creſcat Mariæ: ſic natus in oſtro
Paruus Honoriades genibus conſidat auitis.

## CLAVDIANI LAVS SERENAE REGINAE VXORIS STILICONIS.

DIc mihi Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritũ ſerto redimire Serenam?
Vile putas donum ſolitam conſurgere gemmis,
Aut rubro radiare mari, ſi floribus ornes
Reginæ Regina comam? ſi floribus illis,
Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius vrit
Æſtibus, æterno ſed veris honore rubentes
Fons Aganippæa [b] Permeſſius educat vnda: b. Permeſſidos C.
Vnde piæ paſcuntur apes, & prata legentes
Tranſmittunt ſeclis Heliconia mella futuris.
Dignius an vates alios exercuit vnum
Femineæ virtutis opus: quod ſponte redemto
Caſta maritali ſucceſſit Theſſala fato,



Ayuntamiento de Madrid

Inq; ſuos migrare virum non abnuit annos?
Hoc Graij memorant: Latiis mouet ora Camenis
Præſcia fatorum Tanaquil, rediensq; per vndas
Clœlia Thybrinas, & eodem flumine ducens
Claudia virgineo cunctantem crine Cybellen.
An ne aliud toto molitur carminis actu
Mæonij mens alta ſenis? quòd ſtagna Charybdis
Armauit, quòd Scylla canes, quod pocula Circe:
Antiphatæ vitata fames, ſurdoq; carina
Remige Sirenum cantus tranſuecta tenaces;
Lumine fraudatus Cyclops, contemta Calypſo,
Penelope decus atque ſuum, cui tanta paratur
Scena pudicitiæ, terræ, pelagiq; labores,
Et ſæui totidem bellis quot fluctibus anni
Coniugij docuere fidem. ſic Claudia felix
Teſte Dea, caſtoſq; probet ſub numine mores,
Abſoluens puppiq; moras, crimenque pudoris.
Penelope trahat arte procos, fallatq; furentes
Stamine nocturnæ relegens ſollertia telæ:
Non tamen audebunt titulis certare Serenæ.
Quòd ſi nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus, atque omnes redeunt in ſemina cauſſæ,
Quis venerabilior ſanguis? quæ maior origo
Quàm regalis erit? non te priuata dedere
Limina, nec tantum poterat contingere nomen
Anguſtis Laribus, patruo te principe celſam
Bellipotens illuſtrat auus: qui ſigna Britanno
Intulit Oceano, Gætulaq; reppulit arma.
Claram Scipiadum taceat Cornelia gentem,
Seq; minus iactet Libycis dotata tropæis.
Cardine tu gemino laurus prætendis auitas:
Inde Caledoniis, Auſtralibus inde parentum

Cin-

Ayuntamiento de Madrid

*Cingeris excubiis : nec dum moderamina mundi*
*Sumſerat illa domus , cùm te Lucina beatis*
*Adderet aſtrorum radiis . ô maxima rerum*
*Gloria : poſt genitam didicit regnare Serenam.*
*Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris*
*Vox humana valet ? primo* [a] *lauat æquore Solem* a. leuat B.
*India : tu feſſos exacta luce iugales*
*Proluis , inque tuo reſpirant ſidera fluctu.*
*Diues equis , frugum facilis , pretioſa metallis,*
*Principibus fecunda piis . tibi ſæcula debent*
*Traianum : ſeries his fontibus Ælia fluxit.*
*Hinc ſenior pater: hinc iuuenũ diademata fratrum.*
*Namque aliæ gentes , quas fœdere Roma recepit,*
*Aut armis domuit , varios aptantur in vſus*
*Imperij : Phariæ ſegetes , & Punica meſſis*
*Caſtrorum deuota cibo : dat Gallia robur*
*Militis : Illyricis ſudant equitatibus alæ.*
*Sola nouum Latiis vectigal Iberia rebus*
*Contulit , Auguſtos : fruges , æraria , miles*
*Vndique conueniunt , totoq; ex orbe leguntur:*
*Hæc generat, qui cuncta regant: nec laude virorum*
*Cenſeri contenta fuit , niſi matribus æquè*
*Vinceret , & gemino certatim ſplendida ſexu,*
*Flaccillam , Mariamq. daret , pulcramq; Serenã.*
*Te naſcente ferunt per pinguia culta tumentem*
*Diuitiis vndaſſe Tagum . Callecia riſit*
*Floribus , & roſeis formoſus Duria ripis.*
*Vellere purpureo paſſim mutauit ouile*
*Cantaber : Oceanus vicino litore gemmas*
*Exſpuit . effoſſis nec pallidus Aſtur oberrat*
*Montibus : oblatum ſacru natalibus aurum*
*Vulgo vena vomit . Pyrenæiq; ſub antris*

Ignea ſulmineis legere Ceraunia nymphæ:
e. relabētes C. Quæq; ᵃ rebellantes vndas, æſtumque ſecutæ
In refluos venere palam Nereides amnes,
Confeſſæ plauſu dominam cecinere futuris
Auſpicium thalamis. alio tum paruus in axe
Creſcebat Stilico, votiq; ignarus agebat:
Debita cui longè coniux, penituſq; remoto
Orbe parabatur. tanti concordia fati.
Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix.
Vbera prima dabant, gremiis redolentibus auræ,
Ternaq; te nudis innectens Gratia membris
Afflauit, docuitq; loqui. quocumq; per herbam
Reptares, fluxere roſæ. candentia naſci
Lilia ſi placido ceſſiſſent lumina ſomno,
Purpura fulgebat violæ factura cubile
Gramineum, vernatq; tori regalis imago.
Omnia non audet genitrix tam magna fateri,
Succeſſuſq; ſuos, arcani conſcia voti,
Spe trepidante tegit. geſtabat Honorius arcto
Te pater amplexu: quoties ad limina princeps
Theodoſius, priuatus adhuc, fraterna veniret,
Oſcula libabat, teq; in ſua tecta ferebat.
Lætior in matrem teneris conuerſa querelis,
Quis me de propriis auferre Penatibus, inquit,
Imperat? hic ſemper præſagia luſerat error,
Et dedit augurium regnis infantia linguæ.
Defuncto genitore tuo ſublimis adoptat
Te patruus, magniq; animo ſolatia luctus
Reſtituens, propius, quàm ſi genuiſſet, amauit
Defuncti fratris ſobolem: nec carior olim
Mutua Ledæos deuinxit cura Lacones.
Addidit & proprio germana vocabula nato,

Quæq;

Ayuntamiento de Madrid

Quaq́; datur fratris ſpeciem ſibi reddit ademti.
Denique cum rerum ſummas delectus habenas
Suſciperet, non antè ſuis intendit amorem
Pignoribus, quàm te pariter, fidamq́; ſororem
Litus ad Eoum terris acciret Iberis.
Deſeritur iam ripa Tagi, Zephyriq́; relictis
Sedibus, Auroræ famulas properatur in vrbes.
Incedunt geminæ proles fraterna puellæ:
Inde Serena minor, prior hinc Thermantia natu,
Expertes thalami, quarum Cythereia necdum
Sub iuga ceruices, niueas Hymenæus adegit.
Vtraque luminibus timidum micat: vtraq. pulcras
Excitat ore faces. qualis Latonia virgo,
Et ſolo Ioue nata ſoror, cùm forte reuiſunt
Æquorei ſortem patrui, ſpumantia cedunt
Æquora, caſtarum greſſus venerata Dearum.
Non ludit Galatea procax, non improbus audet
Tangere Cymothoën Triton, totoq́ue ſeueros
Inducit mores pelago pudor, ipſaq́; Proteùs
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monſtra.
Tales ſceptriferi viſuræ tecta parentis,
Limen Honoriades penetrant regale ſorores.
Ambas ille quidem patrio complexus amore:
Sed merito pietas in te procliuior ibat.
Et quoties rerum moles, vt publica cogit,
Triſtior, aut ira tumidus flagrante rediret,
Cùm patrem nati fugerent, atque ipſa timeret
Commotum Flaccilla virum, tu ſola frementem
Frangere, tu blando poteras ſermone mederi.
Alloquiis hærere tuis, ſecreta, fidelis.
Priſca puellares reuerentia tranſilit annos.
Non talem Triniæ confert laudator Homerus

*Alcinoo genitam: quæ, dum per litora veſtes*
*Explicat, & famulas exercet læta choreas,*
*Auratam iaculata pilam poſt naufraga ſomni*
*Otia, progreſſum foliis expauit Vlyſſem.*
*Pierius labor, & veterum tibi carmina vatum*
*Ludus erat: quos Smyrna dedit, quos Mãtua libros*
*Percurrens, damnas Helenam, nec parcis Eliſæ.*
*Nobiliora tenent animos exempla pudicos.*
*Laodamia ſequens remeantem rurſus ad vmbras*
*Phylaciden, & prona ruens Capaneia coniux,*
*Communes ardente viro miſtura fauillas,*
*Et grauis incumbens caſto Lucretia ferro,*
*Vulnere quæ proprio facinus teſtata tyranni,*
*Armauit patriæ iuſtos in bella dolores,*
*Exſule Tarquinio, memorandaq; concidit vno*
*Vlta pudicitiam, libertatemque cruore.*
*Talia facta libens non tu virtute minore,*
*Sed fato meliore legis. iam nubilis ætas*
*Principe ſollicito votis erexerat aulam*
*Incertis, quem tanta tori fortuna maneret.*
*Antiquos loquitur Muſarum pagina Reges,*
*Quòd dura ſub lege procos certare iuberent,*
*Emturos thalamum dubij diſcrimine lethi,*
*Et ſua crudeles gauderent pignora mortis*
*Ambitione peti. curru Piſæa marino*
*Fugit tela Pelops: nam prouidus obiice Regis*
*Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem.*
*Hippomenes trepidus curſu, ferroq; ſecutam*
*Aurato volucrem flexit Schœneida pomo.*
*Herculeas vidit fluuio luctante paleſtras*
*Mœnibus ex altis Calydon, pretiumque laboris*
*Deianira fuit. cùm pectore victor anhelo*

*Alcides*

Ayuntamiento de Madrid

*Alcides fremeret, retroq; Acheloius iret*
*Decolor: attonitæ ſtringebant vulnera Nymphæ,*
*Saucia truncato pallebant flumina cornu.*
*Te non Heſperidum pomis, non amne ſubacto,*
*Non ſocerum fallente rota, ſed iudice dignus*
*Auguſto, variis Stilico ſpectatus in armis*
*Accipit, & regni dotes virtute parauit.*
*Sæpe duces meritis bello tribuêre coronas:*
*Hunc cingit muralis honos: hunc ciuica quercus*
*Nexuit: hunc domitis ambit roſtrata carinis.*
*Solus militiæ mira mercede iugalem*
*Promeruit Stilico, ſocero referente coronam.*
*Agnouit patrui ſimilem Thermantia curam,*
*Nupſit & illa duci, ſed longè fata ſororis*
*Inferiora tuis. alio tibi numine tedas*
*Accendit Romana ſalus, magnisq; coronis*
*Coniugium fit cura tuum: [a] delectus equorum,* a. dilectus C.
*Quos Phrygiæ matres, Argeaq; gramina paſtæ,*
*Semine Cappadocum ſacris præſepibus edunt.*
*Primus honor gemino: mox Idæ germine duxit*
*Agmina, commiſſosq; labor ſic geſſit honores,*
*Vt ſemper merito princeps cùm magna dediſſet,*
*Deberet maiora tamen. ſi bellica nubes*
*Ingrueret: quamuis annis, & iure minori,*
*Cedere grandæuos equitum, peditumq. magiſtros*
*Adſpiceres, totumq; palàm committere Martem.*
*Nec gradus, ætatisque pudor ſenioribus obſtat,*
*Ne iuueni parere velint. ceu flumine molli,*
*Tranquillisq; fretis clauum ſibi quiſque regendum*
*Vindicat. incumbat ſi turbidus Auſter, & vnda*
*Pulſet vtrumq; latus: poſito certamine nautæ*
*Contenti meliore manu, ſeſeque pauere*

Confeſſi, finem ſtudiis fecere procellæ.
Haud aliter Stilico fremuit, cùm Thracia belli
Tempeſtas, cunctis pariter cedentibus, vnus
Eligitur ductor: ſuffragia quippe peregit
Iudex vera timor. victus ratione ſalutis
Ambitus, & pulſus iacuit formidine liuor.
Quis tibi tunc per membra tremor, quantæque cadebant
Vbertim lacrymæ, cùm ſæua vocantibus arma
Iam lituis, madido reſpectans limina vultu
Optares reducem, galeæque inſerta minaci
Oſcula criſtati raperes feſtina mariti?
Gaudia quæ rurſus, cùm poſt victricia tandem
Claſſica ſidereas ferratum pectus in vlnas
Exciperes: caſtæ tutò per dulcia noctis
Otia pugnarum ſeriem narrare iuberes!
Non illo nitidos vnquam bellante capillos
Comere: non ſolitos gemmarum ſumere cultus.
Numinibus, votiſq; vacas, & ſupplice crine
Verris humum. tegitur neglectæ gratia formæ,
Cum proprio reditura viro: nec deſide cura
Segnis marcet amor. laudem prudentia belli
Feminea pro parte ſubit. dum gentibus ille
Confligit, vigili tu proſpicis omnia ſenſu:
Ne quid in abſentem virtutibus obuia ſemper
a. Iniquus: G. Audeat inuidiæ rabies, neu feruor [a] iniquis
Ne qua procul poſitum furto ſubſederit armis
Calliditas nocitura domi. tu ſedula quondam
Rufino meditante nefas, cùm quæreret artes
In ducis exitium, coniuratoſq; foueret
Contra pila Getas, motus rimata latentes,
Mandatis tremebunda virum, ſcriptiſq; monebas.

CLAV-

# CLAVDIANI LAVS HERCVLIS.

PIERIDVM columen, cuius Parnaſſia magno
Numine templa ſonant, læto precor huc age Phœbe
Tecũ cuncta choro penetralia ſancta ſororum,
Et noua Caſtalios latices per rura petentem
Hippocrenæum victorem ſiſtere fontem
Me: famaq; tuam non nunc nouus aduena turbam
Ingredior, lauroſque gerens, & florea ſertis
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum.
Teſtor adhuc veteres quamuis deſuetus honores.
Alcides mihi carmen erit. Romana Tonantis
Progenies, dignus credi poſt viſcera Numen.
Semper in immenſos inuicti roboris æſtus
Nec naſci potuiſſe vacat: nam lucis in ipſis
Inclyte principiis, tardo vix editus ortu
Feciſti de patre fidem. ſed cur mihi lentis
Ludis adhuc Cyrrhæa modis, tenerumq; reſultans
Luxuriante leues impellis pollice chordas?
Pone habitum, quo mollis amas, & frondis amatæ
Linque nemus, molliq; exutus tempora lauro,
Populea mecum carmen luctare ſub vmbra.
Iam graue plus etiam, quàm ventris tempora vellent,
Alcmena tendebat onus: ſed regia Iuno
Impedit, & partus prohibet, naſciq; vetabat,
Vt metus ipſe Deum monſtret: nec viuida cæli
Semina mortales norunt ſentire latebras,

Nec

Ayuntamiento de Madrid

*Nec poſſunt ſufferre moras. datur inde nouercæ*
*Materies, grauibusque odiis augmenta miniſtrat,*
*Quod vinci cœpiſſe pudet: mox improba binos*
*In tua membra iubet, dum naſceris, ire dracones.*
*Incumbunt celeres illi, ſquamoſaq; iuſſus*
*Armat colla furor: nec, quamuis maxima tractu*
*Tardantur ſpiris, ſequitur par cetera pectus.*
*Triſtis Tartarea vibratur ſibilus aura,*
*Morte rubent oculi, trifidiſq; horrentia linguis*
*Ora ſonant, nigrumq; fremẽs leuat ira venenum.*
*Quid nunc inuictis fraudes innectere fatis*
*Cælicolûm Regina iuuat? cur obiicis angues?*
*Cur paruo geminos? an'ne vnum poſſe necari*
*Iam ſtrato Pythone times? licet omnia mundi*
*Monſtra voces, ipſamq; armes ſerpentibus Hydrã,*
*Defendet natura Deum, patremque probabit,*
1. nõ vis, ald. *Quod* [a] *nouit, conſtare Iouem. iamque irrita tetri*
*Iuſſa parant implere angues, miſeroq; furore*
*In ſua fata tument. cernit tua membra petentes,*
*Horreſcitq; parens, numenque ignara creaſſet,*
*Mortali pietate timet. Nil ſancta ſuperbæ*
*Pellicis inſidias cælo modo freta tremiſcas,*
*Neue hæc monſtra tibi faciant Alcmena pauorem.*
*Sic mater potes eſſe Dei. iam tolle ſerenum*
*Læta animum, tantoq; libens hæc adſpice vultu,*
*Vt deceat genuiſſe Iouem: depone timorem*
*Indignum partu, natum quæ exemplar habebas.*
*Cui metuis, nil ipſe timet. nam numine recto*
.truces ald. *Ridebas tu Diue* [b] *trucesq;, animoſq; ſuperbos*
*De genitore tenes, votiſq; aptiſſimus orbis*
*Gaudebas tantam iam tum meruiſſe nouercam.*
*Corripis exiguis mox grandia guttura palmis,*



Ayuntamiento de Madrid

*Et quamuis teneris, cogens in brachia pondus,*
*Corripis, illidens prenſos tellure dracones.*
*Efferat ætherium quantum volet orbis in axem,*
*Latoidas; veroſque probet ſua fabula Diuos,*
*Quod Delo iam ſtare licet. non æqua laborum*
*Gloria, nec parili ſerpentes ſorte necarunt.*
*Illi vnum ferro: geminos hic inermis, & vnus.*
*His cœptis non vlla parat cunabula partus*
*Diua tibi: ſed cùm totus iam bruma rigeret*
*Imbribus, & ſolidis hererent flumina lymphis,*
*Nudum prægelidis durando firmat in vndis.*
*Vtq; rudis primo tentaſti robore greſſus:*
*Frondoſæ deſerta vagus penetralia ſiluæ*
*Secura iam matre petis, teliſq; tremendis*
*Ludis in ætherias, adducto deiicis arcu,*
*Aut funda violenter aues, noctemq; ſub aſtris*
*Exigis, & puram fractis bibis amnibus vndam.*
*Immanem intereà Nemeæ per luſtra leonem*
*Ipſa Chimæræa cretum de gente Nouerca*
*In tua depaſtis armabat vota iuuencis,*
*Augebatq; fero vires, rabiemq; iuuabat,*
*Naturam minus eſſe putans. heu quanta virorum*
*Funera! quàm multos ſtrauit cum dentibus apros!*
*Non illum magnæ viduatis montibus vrbes*
*Armorum fregere minis, Martiq́ue domando*
*Aſſuetas morſu fudit grauiore cateruas.*
*Hunc grauis Euryſtheus (nam te quocumq. leuares,*
*Imperium duri voluit ſufferre tyranni,*
*Sic mundo fortuna fauens) hunc ſternere letho*
*Imperat. At nullum virtus reticenda per æuum,*
*Dignaq; ſidereos poſt membra intrare receſſus.*
*Poſſe mori quàm vile putas: namque impiger vltro*
*Vadis,*

Vadis, & immenſæ ſcrutatus deuia ſiluæ,
In noua ſanguineos armantem vulnera rictus,
Admonita feritate, iuba, viſuq; cruentus
Excuſſis mouet arma toris, dubiumq; reſidens
Infremit. inuadis trepidum, ſolusq; lacertis
Grandia corripiens eliſo guttura morſu,
Imbellem fractis proſternis faucibus hoſtem.
Tunc & flauicomis radiantia tergora villis,
Ceu ſpolium fuſo victor, rapis. emicat omnis
In laudes mox turba tuas, longeq; relicta
Currit in arua metu. iuuat ire, & libera rura,
Defenſosq; videre locos, ſiluamq; iuuencis
Iam facilem, & nullis reſonantes fletibus agros.
Mænalium petis inde nemus, fletamq; colonis
Arcadiam, & ſteriles raro iam robore ſiluas.
Namque heic immenſa membrorum mole cruentus
Indomitus regnabat aper, ſoloq; tremendus
Corpore lunatis fundebat dentibus ornos,
Sternebatque ſuos lugentia rura colonos.
Horrebant trifidis nigrantia corpora ſetis,
Duratosq; armos ſcopulis, totosque per artus
Difficilis potuiſſe mori. non ſpicula in illum,
a. forte clauato. Nodoſúmue rapis [a] grauato pondere robur.
Armati viduatur honos, nec vulnera virtus
Extemplo tibi facta timet. iamq; arripis vltro
Spumantem, cogisq; diem ſufferre tuendo,
Atque ſupinando mirantem lumina vinci,
Argolici victor portas ſub tecta Tyranni.
Fama celer toto victorem ſparſerat orbe,
Auxiliumq; Dei poſcebat Creta cruento
Victa malo. taurus medio nam ſidere Lunæ
Progenitus Dictæa Iouis poſſederat arua.

Fulmen

*Fulmen ab ore venit, flamiſq; furentibus ardet*
*Spiritus, & terram, non cæli flama, perurit,*
*Sed flatus monſtri. dextro iam Siria ceſſent*
*Sidere, Solque licet glaciali frigore victus*
*Abſtruſum mundo claudat iubar, aurea condens*
*Lumina, & igniſuo ſtupefactus in orbe tepeſcat.*
*Æſtus habet Cretam, pereunt ſiluæq;, lacuſque,*
*Graminaque, & fontes ſacri. monteſq; perurit*
*Flama ferox. Idam Superis ſpectantibus ignis*
*Diſſipat, & magno cunabula grata Tonanti*
*Igne ſuo monſtrum, ſi fas eſt dicere, vincit.*
*Tandem fama celer Dictæa ad litora magnum*
*Duxerat Alciden, cùm Taurum dira minantem*
*Accipit, & ſæuum cornu, flamaſq; vomentem*
*Corripit, atq; artus conſtringens fortibus vlnis,*
*Igniſuos flatus, animamq; in pectore clauſit.*

## CLAVDIANI IN EPITHALAMIVM PALLADII, ET *SERENAE PRAEFATIO.

*ſo. te. Celerinæ.

*CArmina per thalamum, quãuis feſtina, negare*
*Nec volui genero, nec potui ſocero.*
*Hic ſocius, dux ille mihi, noſtrique per aulam*
*Ordinis: hic conſors, emicat ille prior.*
*Hunc mihi coniungit ſtudiis communibus ætas:*
*Hunc mihi præponit vel ſenium, vel honos.*
*Carmen amor generi, ſoceri reuerentia poſcit,*
*Officio vatis, militis obſequio.*

CLAV-

Ayuntamiento de Madrid

# CLAVDIANI EPITHALAMIVM PALLADII, ET SERENAE.

FORTE Venus blando quæſitum frigore ſomnum,
Vitibus intexti gremio ſucceſſerat antri,
Denſaq́; ſidereos per gramina fuderat artus,
a. Accliuis C. — [a] Accliui florum cumulo, criſpatur opaca
Pampinus, & vitem ſudantem ventilat vuis.
Ora decet neglecta ſopor, faſtidit amictum
b. excuſſo C. — Æſtus, & [b] exuto tranſlucent pectore frondes.
Idaliæ iuxta famulæ, triplexq́ue viciſſim
Nexa ſub ingenti requieſcit Gratia quercu.
Pennati paſſim pueri, quò quemque vocauit
Vmbra, iacent: fluitant arcus, ramiſq́; propinquāt.
Prudentes placido ſuſpirant igne pharetræ.
Pars vigiles ludunt, aut per virgulta vagantur.
Scrutantur nidos auium, vel roſcida læti
Mala legunt donum Veneris, flexuſq́; ſequuntur
Palmitis, & ſummas pennis librantur in vlmos.
Defendunt alij lucum, Dryadeſq́; procaces
Spectandi cupidas, & ruſtica Numina pellunt,
Silueſtreſq́; Deos, longeq́; tuentibus antrum
Flamea laſciuis intendunt ſpicula Faunis.
c. Ita C. vulgati lib. celebrata. quæ lectio mihi diſplicet. — Cùm ſubitò varius vicina clamor ab vrbe,
Et fauſti iuuenum plauſus, miſtæq́; choreis
Auditæ per rura lyræ: [c] Celerina per omnes
Italiæ canitur montes, omniſq́; maritum

Pal-

(Handwritten marginal note beside lines 8–12: omnino Gra- [illegible] [illegible] lata, Terpsi- core, Eu- phrosyne.)

*Palladium reſonabat ager. peruenit ad aures*
*Vox iucunda Deæ, ſtrepituq́; excita reſedit,*
*Et reliquum nitido deterſit pollice ſomnum.*
*Vtq́; erat interiecta comas, turbata capillos,*
*Mollibus aſſurgit ſtratis, [a] ſociumq́; requirit* a. reuocatque ſuorũ C.
*Agmen, & innumeros Hymenæum quærit amores.*
*Hunc Muſa genitum legit Cytherea, ducemq́;*
*Præfecit thalamis: nullum vinxiſſe cubile*
*Hoc ſine, nec primas fas eſt attollere tedas.*
*Conſpicitur tandē: platano namq. ille ſub alta*
*Fuſus inæquales cera texebat auenas,*
*Mænaliosq́; modos, & paſtoralia labris*
*Murmura tentabat relegens, oriq́ue recurſu*
*Diſſimili tenuem variabat arundine ventum.*
*Reſtitit, vt vidit Venerem, digitisq́; remiſſis,*
*Ad terram tacito defluxit fiſtula lapſu.*
*Dulce micant oculi, niueas infecerat igni*
*Solq́;, pudorq́; genas: dubiam lanuginis vmbram*
*Cæſaries intonſa tegit. prior ipſa ſilentem*
*Compellat. numquam ne puer dilecta relinques*
*Carmina? maternis numquam ſatiabere donis?*
*Dedite Muſarum ſtudio, nimiumq́; parentis*
*Æmule, quid medio tecum modularis in æſtu?*
*Iámne tibi ſordent citharæ? iam luſtra Lycæi,*
*Atque pecus cordi, rediturаq́; rupibus Echo?*
*Huc ades, & tantæ nobis ediſſere cauſſas*
*Lætitiæ, quæ pompa toro tam clara reſultet,*
*Quæ noua dotetur virgo. patriamq́; genusq́;*
*Pande, quibus terris orti, quo ſemine ducti:*
*Haud ignarus enim, nec te [b] connubia fallunt* b. connubia C.
*Vlla: tuo primæ libantur fœdere noctes.*
*Ille refert. equidem dudum te Diua morantem*

Mirabar, quod adhuc tanti ſecura maneres
Coniugij: non parua tibi mandatur origo.
Faſcibus inſignes, & legum culmine fultæ
Conuenere domus & quis lætiſſimus vrbi
a. fluctibus C. Sanguis erat. rubris quæ [a] flatibus inſula latrat?
Quis locus Æthiopum? quæ ſic imperuia famæ
b. Seceſſit C. [b] Succeſſit regio? quò non rumore ſecundo
Palladij penetrauit amor, mitiſq; benigna
Temperies, doctiq; ſales, & grata ſenectus?
Per cunctos ijt ille gradus, aulæque labores
c. tenuit, C. Emenſus [c] tenuit ſummæ faſtigia ſedis
Eoum ſtabili moderatus iure Senatum.
d. iuueni C. Hic ſplendor iuuenum. [d] cunabula prima puellæ
Danubius, veteresq; Tomi. Mauortia matris
Nobilitas ſpoliis, armiſq; exſultat auitis,
Immenſamq; trahit Celerini robore lucem,
Qui quondam Meroën iuſſus, Nilumque tueri,
e. domitas f. Carchas Cùm ſibi poſt [e] domitos, & Parthica fulmina [f] claros
Sceptra daret miles; reliq; imponere vellet,
Deſpexit fremitus, & prætulit otia regno.
Reſpuit inceſtum: quod vi, quod poſcere ferro
Poſthabita pietate ſolent. non purpura primum
Inferior virtute fuit, metuitque repulſam
Obuia maieſtas: doluit fortuna minorem
g. delecta, concepta in lib. aliquot vulgatis perperam legitur. Se confeſſa viro magnum [g] delata poteſtas,
Maiorem contemta probat cognomina ſumſit
Plena ducum genitor paullatim vectus ad altum
Princeps militiæ, quo non illuſtrior extat
Alter, cunctorum tabulas aſſignat honorum,
Regnorum tractat numeros, cuneoſq; recenſet.
Sparſas imperij vires conſtringit in vnum
Depoſitum. quæ Sarmaticis cuſtodia ripis,

Quæ

*Quæ ſeuis obiecta [a] Getis, quæ Saxona frenat,*
*Vel Scotûm [b] regio. quantum cinxere cohortes*
*Oceanum: [c] quantum pacatur milite Rhenus.*
*Caſta domus, ſincera fides, induſtria ſollers,*
*Elegit Stilico. nihil vltra laudibus addi,*
*Iudicióne poteſt. tali nubente puella*
*Nónne tibi ceſſare nefas? duc protinus omnes,*
*Duc agè marcentes cupio quaſſare coronas,*
*Et vibrare faces, & noctem ducere ludo.*
*Hæc quoq. non vilem mihi fiſtula cõmodat vſum,*
*Reſponſura choris. vix hæc Hymenæus. at illa*
*Fontibus abluitur gelidis, legemq́; capillo*
*Reddit & ornatum formæ [d] preliq́; ſolutæ*
*Mira Dionææ ſumit velamina telæ.*
*Floribus exſtruitur currus: iuga floribus halant.*
*Floreá purpureas annectunt frena columbas.*
*Vndiq. concurrunt volucres, quæcumq. frementem*
*Permulcent Atheſim cantu: quas Larius audit,*
*Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto*
*Mincius: ereptis obmutuit vnda querelis.*
*Eridani ripas, & raucæ ſtagna Paduſæ,*
*Diffugiens nudauit olor. lætantur Amores,*
*Frenatuque truces auibus per nubila vecti*
*Oſtentant ſe quiſq. Deæ, magnoq́; tumultu*
*Confligunt, proniq́; manus in verbera tendunt.*
*Conſequitur, vincitq́; ſuos auriga iugales,*
*Atque impune cadunt, lapſu meliore volantes.*
*Vt thalami tetigere fores, tum vere rubentes*
*Deſuper inuertunt calathos, largosq́; roſarum*
*Imbres, & violas plenis ſparſere pharetris,*
*Collectas Veneris prato: quibus ipſe pepercit*
*Sirius, & teneras clementi ſidere fouit.*

a. Rhetis, vulgati libri. male.
b. regio. C.
c. quanto C.

c. populiſque vulgati libri. depravate.

V 2 Gem-

Ayuntamiento de Madrid

*Gemmatis alij per totum balſama tectum*
*Effudere cadis: duro quæ ſaucius vngue*
*Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.*
*Aggreditur Cytherea virum, flentemq; Cupido*
*Detraxit matris gremio. matura tumeſcit*
*Virginitas, ſuperatque niues, ac lilia candor,*
*Et patrium flauis teſtatur crinibus Iſtrum.*
*Tum dextram complexa viri, dextramq; puellæ*
a. conubia. *Tradit, & his vltro ſancit* [a] *connubia dictis.*
*Viuite concordes, & noſtrum diſcite munus.*
*Oſcula mille ſonent: liueſcant brachia nexu:*
*Labra ligent animos: nec tu virtute paterna*
*Confidas iuuenis. non eſt terrore domanda,*
*Sed precibus placanda tibi. concede marito*
*Tu quoque, nec Scythicas infenſis vnguibus iras*
*Exercere velis: vinci patiare rogamus.*
*Sic vxor, ſic mater eris. quid lumina tingis?*
*Virgo crede mihi, quem nunc horreſcis, amabis.*
*Dixit: & aligeros geminos, arcuq;, manuq;*
*Præſtantes, è plebe vocat. puer ilicet Æthon,*
*Et Pyrois, rutilas diſperſi murice plumas*
*Proſiliunt, puroq; imbutis melle ſagittis.*
*Hic nuptam petit, ille virum. ſonuere reducta*
*Cornua: certa Notos pariter ſulcauit arundo,*
*Et pariter fixis hæſerunt tela medullis.*

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

# CLAVDIANI GIGANTOMACHIA.

TErra parens quondã cæleſtibus inuida regnis,
Titanumq́; ſimul crebros miſerata dolores,
Omnia monſtrifero complebat Tartara [a] cætu, a.fœtu,B.
Inuiſum genitura nefas: Phlegramq́; retexit
Tanta prole tumens, & in æthera protulit hoſtes.
Fit ſonus, erumpunt crebri, [b] non dumq́; creati b.nec C.
Iam dextras in bella parant, ſuperosq́ue laceſſunt,
Stridula voluentes gemino veſtigia lapſu.
Palleſcunt ſubitò ſtellæ, flectitq́; rubentes
Phœbus equos, docuitq́ timor reuocare meatus.
Oceanum petit Arctos, inocciduiq́; Triones
Occaſum voluere pati. tum feruida natos
Talibus hortatur genitrix in prælia dictis.
O pubes domitura Deos, quodcumque videtis
Pugnando dabitur: præſtat victoria mundum.
Sentiat ille meas tandem Saturnius iras:
Agnoſcat quid Terra poteſt. ſi viribus vllis
Vincor, cur Cybele nobis meliora creauit?
Cur nullus Telluris honos? qui ſemper acerbis
Me damnis vrgere ſolet, quæ forma nocendi
Defuit? hinc volucrem viuo ſub pectore paſcit
Infelix Scythica fixus conualle Prometheus:
Hinc Atlantis apex flamantia pondera fulcit,
Et per canitiem glacies aſperrima durat.
Quid dicam Tityon: cuius ſub vulture ſæuo,
Viſcera naſcuntur, grauibus certantia pœnis?
Sed vos ô tandem veniens exercitus vltor
Soluite Titanas vinclis, defendite matrem.



Ayuntamiento de Madrid

Sunt freta, ſunt montes, veſtris nec parcite mēbris:
In Iouis exitium telum non eſſe recuſo
Ite precor, miſcete polum, reſcindite turres
Sidereas. rapiat fulmen, ſceptrumq; Tiphoëus:
Enceladi iuſſis mare ſeruiat. alter habenas
Auroræ pro Sole regat. te Delphica laurus
Stringat Porphyrion, Cirrhæaq; templa tenebis.
His vbi conſiliis animos eluſit inanes,
Iam credunt viciſſe Deos, mediuq; reuinctum
Neptunum traxiſſe fretis. hic ſternere Martem
Cogitat, hic Phœbi laceros deuellere crines:
Hic ſibi promittit Venerem, ſperatque Dianæ
Coniugium, caſtamq; cupit violare Mineruam.
Interea Superos prænuntia conuocat Iris,
Qui fluuios, qui ſtagna colunt. cinguntur & ipſi
Auxilio Manes: nec te Proſerpina longè
Vmbroſæ tenuere fores. Rex ille ſilentum
Lethæo vehitur curru, lucemq; timentes
Inſolitam mirantur equi, trepidoq; volatu
Spiſſas cæruleis tenebras è naribus efflant.
Ac, velut hoſtilis cùm machina terruit vrbem,
Vndique concurrunt arcem defendere ciues:
Haud ſecus omnigenis coëuntia Numina turmis
Ad patrias venere domos. tum Iupiter infit.
O' non iam peritura cohors, ô debita ſemper
Cœlo progenies, nulliſq; obnoxia fatis.
Cernitis, vt Tellus noſtrum coniuret in orbem
Prole noua, dederitq; alios interrita partus?
Ergo quot dederit natos, tot funera matri
a. ſæcula C. Reddamus: longo maneat per[a] ſingula luctu,
Tanto pro numero paribus damnata ſepulcris.
Iam tuba nimborum ſonuit, iam ſigna ruendi



Ayuntamiento de Madrid

*Bis ether, bis terra dedit, confuſaq; rurſus*
*Pro domino natura timet. diſcrimina rerum*
*Miſcet turba potens. nunc inſula deſerit æquor:*
*Nunc ſcopuli latuere mari. quot litora reſtant*
*Nuda? quot antiquas mutarunt flumina ripas?*
*Hic rotat Æmonium preduris viribus Oeten:*
*Hic iuga connixis manibus Pangea coruſcat.*
*Hunc armat glacialis Athos. hoc Oſſa mouente*
*Tollitur. hic Rhodopen Hebri cum* [a] *fonte reuellit,* a. ponte C.
*Et socias truncauit aquas, ſummaq; leuatus*
*Rupe Giganteos humeros irrorat Enipeus.*
[b] *Subſedit patulis tellus ſine culmine campis,* b. ſubſedit C.
*In natos diuiſa ſuos, horrendus vbique*
*It fragor, & pugnæ ſpatium diſcriminat aër.*
*Primus terrificum Mauors non ſegnis in agmen*
*Odryſios impellit equos: quibus ille Gelonos,*
*Siue Getas turbare ſolet. ſplendentior igni*
*Aureus ardeſcit clypeus, galeaq; nitentes*
*Arrexere iubæ. tunc concitus enſe Pelorum*
*Tranſigit* [c] *aduerſo, femorum qua parte volutus* c. aduerſo femore, C.
*Duplex ſemiferis connectitur ilibus anguis,*
*Atque vno ternas animas interficit ictu.*
*Tunc ſuperinſultans auidus languentia curru*
*Membra terit, multumq; rotæ ſparſere cruoris.*
*Occurrit pro fratre Mimas, Lemnumq; calentem*
*Cum Lare Volcani ſpumantibus eruit vndis:*
*Et propè torſiſſet, ſi non Mauortia cuſpis*
*Antè reuelato cerebrum fudiſſet ab ore.*
*Ille* [d] *viro toto moriens, ſerpentibus imis* d. velut
*Viuit adhuc ſtridore ferox, & parte rebelli*
*Victorem poſt fata petit. Tritonia virgo*
*Proſilit, oſtendens rutila cum Gorgone pectus,*

*Adſpectu contenta ſuo, non vtitur haſta.*
*Nam ſatis eſt vidiſſe ſemel, primumq́; furentem*
*Longiùs in faciem ſaxi Pallanta reformat.*
*Ille procul ſubitis fixus ſine vulnere nodis*
*Vt ſe lethifero ſenſit dureſcere viſu,*
*Et ſteterat iam pæne lapis, quò vertimur? inquit.*
*Qui ſerpit per membra ſilex? quis torpor inertem*
*Marmorea me peſte ligat? vix pauca locutus,*
*Quod timuit, iam totus erat, ſæuuſq́ue Damaſtor*
*Ad depellendos iaculum dum quæreret hoſtes,*
*Germani rigidum miſit pro rupe cadauer.*
*Hic verò interitum fratris miratur Echion.*
*Inſcius auctorem dum vult tentare nocendo,*
*Te Dea reſpexit, ſolam quam cernere nulli*
*Eis licuit. meruit ſublata audacia pœnas,*
*Et didicit cum morte Deam. ſed turbidus Idam*
*Pallaneus oculis aduerſa tuentibus atrox*
*Ingreditur, cæcaſque manus in Pallada tendit.*
*Hunc mucrone ferit Dea cominus, ac ſimul angues*
*Gorgoneo riguere gelu, corpuſq́; per vnum*
*Pars moritur ferro, partes periere videndo.*
*Ecce autem medium ſpiris delapſus in æquor*
*Porphyrion, trepidam conatur [a] vellere Delon,*
*Scilicet ad Superos vt torqueat improbus axes.*
*Horruit Ægæus, ſtagnantibus exſilit antris*
*Longæuo cum patre Thetis, deſertaq́; manſit*
*Regia Neptuni, famulis veneranda profundis.*
*Exclamant placido cunctæ de vertice Nymphæ:*
*Nymphæ quæ rudibus Phœbum docuere ſagittis*
*Errantes agitare feras, primumq́; gementi*
*Latonæ ſtruxere torum, cùm lumina cæli*
*Parturiens geminis ornaret fœtibus orbem.*

Im-

Implorat Pæana ſuum conterrita Delos,
Auxiliumq́ue rogat. ſi te gratiſſima fudit
In noſtros Latona ſinus, ſuccurre precanti:
En iterum conuulſa feror. *

* reliqua in antiquo libro deſiderantur. ſuccurre roganti. B.

# CLAVDIANI

## EPISTOLAE.

### AD HADRIANVM.

VSqueadeóne tuæ producitur impetus iræ?
Nullus erit finis lacrymis? ſubitiq́; fauorem
Permutas odiis? quô mens ignara nocendi?
Quô ſenſus abiere pij? tantúmne licebit
Inuidiæ? tantum ſtrepitus valuere maligni?
Me dolor incautus, me lubrica duxerit ætas,
Me timor impulerit, me deuius egerit ardor:
Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.
Humanæ Superos numquam tetigere querelæ,
Nec vaga ſecurum penetrant conuicia cælum.
Exceſſit iam pœna modum: concede iacenti.
En [b] adſum, & veniam confeſſus crimina poſco.
Manibus Hectoreis atrox ignouit Achilles.
Victrices Furias matris placauit Oreſtes.
Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces:
Pellæum iuuenem Regum flexere ruinæ.
Darium famulis manibus doluiſſe peremtum
Fertur, & ingenti ſolatus fata ſepulcro.
Tradita captiuo ſpatioſior India Poro.
Conditor hic patriæ, ſic hoſtibus ille pepercit.
Hunc virtus tua digna ſequi. quemcumq; Deorum
Læſimus, inſultet iugulo, paſcatq́; furorem.
Gratia defluxit, ſequitur feralis egeſtas:

b. adſum: veniã C.



Ayuntamiento de Madrid

*Deſolata domus caris ſpoliamur amicis*
*Hunc tormenta necant: hic vndiq; truditur exſul.*
*Quid ſupereſt damnis? quæ ſæua pericula reſtant?*
*Emollit rabiem prædæ, mortisq; facultas*
*Prætereunt ſubiecta feræ, toruique leones*
*Quæ ſtrauiſſe valent, ea mox proſtrata relinquunt,*
*Nec niſi bellantis gaudent ceruice iuuenci.*
*Nobiliore fame ſecuit naſcentia vota*
*Liuor, & ingeſto turbauit gaudia luctu.*
*Iam iam ſupplicijs feſſos, humilesq; ſerenus*
*Reſpice. quid tanta dignaru morte clientem?*
*In breuibus nunquam ſeſe probat Æolus vndis,*
*Nec capit anguſtus Boreæ certamina collis.*
*Alpes ille quatit, Rhodopëia culmina quaſſat.*
*Incubuit nunquam cæleſtis flamma ſalictis,*
*Nec parui frutices iram meruere Tonantis:*
*Ingentes quercus, annoſas fulminat ornos.*
*Hoc pro ſupplicibus ramis, pro fronde Mineruæ,*
*Hoc carmen pro thure damus: miſerere tuorum.*
*Me precor, heu, me redde mihi, grauibusq; medere*
*Vulneribus, vitamq; iube, famamq; reuerti.*
*Quæ per te cecidit, per te fortuna reſurgat.*
*Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis:*
a.lmo B. *Cuius pertulerat vires, & ſenſit in ª vno*
*Lethalem, placidamq; manū medicina per hoſtem*
*Contigit & pepulit quos fecerat ipſe dolores.*
*Quòd ſi nec precibus fletu nec flecteris vllo,*
*Eripe calcatis non proſpera cingula Muſis:*
*Eripe militiam, comitem me pelle ſodali.*
*Scilicet inſigni de paupere vate triumpho,*
*Scilicet egregiis orumbere victor opimis.*
*Sæuiat in miſeros cognata potentia ciues.*

*An-*

*Audiat hæc commune ſolum longeq́; carinis*
*Nota Pharos flentemq́; attollens gurgite vultum*
*Noſtra gemat Nilus numeroſis funera ripis.*

## AD SERENAM.

*ORphea cùm primùm ſociarent Numina tedæ,*
*Ruraq́; compleret Thracia feſtus Hymen:*
*Certauere feræ, picturatæq́; volucres,*
*Dona ſuo vati quæ potiora darent.*
*Quippe antri memores cantus, vbi ſæpe ſonoræ*
*Præbuerant dulci mira theatra lyræ.*
*Caucaſio cryſtalla ferunt de vertice lynces:*
*Gryphes Hyperborei pondera fulua ſoli.*
*Furatæ Veneris prato per inane columbæ,*
*Florea connexis ſerta tulere roſis,*
*Fractaq́; nobilium ramus electra ſororum*
*Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi.*
*Et Nilo Pygmæa grues poſt bella remenſo,*
*Ore legunt rubri germina cara maris.*
*Venit & extremo Phœnix longæuus ab Euro,*
*Apportans vnco cinnama rara pede.*
*Nulla auium, pecudumq́; fuit, quæ ferre negaret*
*Vectigal meritæ connubiale lyræ.*
*Tunc opibus, totoq́; Heliconis ſedula regno*
*Ornabat propriam Calliopea nurum*
*Ipſam præterea dominam ſtellantis Olympi*
*Ad nati thalamos auſa rogare parens.*
*Nec ſpreuit Regina Deum, vel matris honore,*
*Vel iuſto vatis ducta fauore pij.*
*Qui ſibi carminibus toties luſtrauerat aras,*
*Iunonis blanda numina voce canens,*
*Præliaq́; altiſoni referens Phlegræa mariti,*
*Titanum fractas, Enceladique minas.*

*Ilicet*

Ayuntamiento de Madrid

*Ilicet aduentu noctem dignata iugalem*
*Addidit augendis munera ſacra toris:*
*Munera mortales non admittentia cultus;*
*Munera quæ ſolos fas habuiſſe Deos.*
*Sed quod Threicio Iuno placabilis Orpheo,*
*Hoc poteris votis eſſe Serena meis.*
*Illius exſpectant famulantia ſidera nutum:*
*Sub pedibus tegitur terra, fretumq; tuis.*
*Non ego, cùm peterem ſollenni more procorum,*
*Promiſi gregibus paſcua plena meis:*
*Nec quod mille mihi lateant ſub palmite colles,*
*Fluctuet & glauca pinguis oliua coma:*
*Non quòd noſtra Ceres numeroſa falce laboret,*
*Aurateque ferant culmina celſa trabes:*
*Suffecit mandaſſe Deam. tua littera nobis*
*Et pecus, & ſegetes, & domus ampla fuit.*
*Inflexit ſoceros, & maieſtate petendi*
*Texit pauperiem nominis vmbra tui.*
*Quid non perficeret ſcribentis voce Serenæ*
*Vel genius regni, vel pietatis amor?*
*Atque vtinam ſub luce tui contingeret oris,*
*Coniugis in caſtris, & ſolio generi*
*Optatum celebrare diem, me iungeret auſpex,*
*Purpura me ſancto cingeret aula toro,*
*Et, mihi quam ſcriptis deſponderat antè, puellam,*
*Coniugis eiuſdem pronuba dextra daret.*
*Nunc medium quoniam votis maioribus æquor*
*Inuidet, & Libycæ diſſidet ora plagæ:*
*Saltem abſens Regina faue, reditusq; ſecundos*
*Annue ſidereo læta ſupercilio.*
*Terrarum tu pande vias. tu mitibus Euris,*
*Æquora pacari* a *poſteriora iube,*

a ...roſpe-ra. ...

*Vt*

*Vt tibi Pierides, doctumq́; fluens Aganippe*
*Debita ſeruato vota cliente canant.*

## AD OLYBRIVM.

*QVid rear, affatus quòd non mihi dirigis vllos,*
*Nec redit alterno pollice ducta ſalus?*
*Scribendíne labor? ſed quæ tam prona facultas,*
*Carmina ſeu fundis, ſeu Cicerone tonas?*
*Cedere diuitiis animi fortuna fatetur,*
*Et tantas oris copia vincit opes.*
*An rarus qui ſcripta ferat? quin tempore nullo*
*Ceſſant Flaminiæ puluerulenta viæ.*
*Cùm fluat ingenium, cùm ſit, qui dicta reportet:*
*Quæ, niſi contemnor, cauſſa relicta tibi?*
*Deſpicis ergo tuum, ſi fas eſt credere, vatem*
*Perfidus, & ſpatio debilitatur amor.*
*Excidimúſne tibi? lucem iam condat Hydaſpes,*
*Et Tarteſſiaco Sol oriare vado:*
*Candeſcat Geticis Meroë conuerſa pruinis,*
*Claráque ſe vetito proluat Vrſa mari:*
*Et ſi iam noſtros faſtidit Olybrius ignes,*
*Conſtat Oreſteam nil valuiſſe fidem.*
*Quin agè rumpe moras, remoraturáſq́; ſodalem*
*Abſens eloquio fertiliore doce.*
*Crebraq́; fecundo feſtinet littera curſu,*
*[a] Digna tuis animis, inſinuanda meis.* a. Libris, atque animis C.
*Dignatus tenui Cæſar ſcripſiſſe Maroni,*
*Et tibi dedecori ſcribere? Muſa vale.*

## AD PROBINVM.

*QVem precor inter nos habitura ſilētia finem?*
*Quādo dabit gratas littera noſtra vices?*

Me

*Me timidum, vel te potius dixiſſe ſuperbum*
*Conuenit alterius crimen vtrumque tenet.*
*Transfluxere dies, & dum ſcripſiſſe priorem*
*Pœnitet, æternus itur in vſque moras.*
*Sed quid agam? cœpiſſe vetat reuerentia veſtri.*
*Hinc amor hortatur ſcribere: vincat amor.*
a.priſci B. *Fors iuuat audentes, [a] Chij ſententia vatis.*
*Hac duce non dubitem te reticente loqui.*
*Audax aut ſi quid penitus peccaſſe videtur,*
*Arguar, ingrati non ſubiturus onus.*
b.primum *Romanos bibimus [b] primo te Conſule fontes,*
c.grata B. *Et Latiæ ceſſit [c] Graia Thalia togæ.*
*Incipiensq; tuis affatibus omnia cœpi,*
*Fataq; debebo poſteriora tibi.*
*Ergo laceſſitus tandem reſcribe roganti,*
*Et patria florens ſorte Probine vale.*

## AD GENNADIVM PROCONSVLEM.

*Italiæ commune decus, Rubiconis amœni*
*Incola, Romani fama ſecunda fori.*
*Graiorum populis, & noſtro cognite Nilo,*
*Vtraque gens faſces horret, amatque tuos.*
*Carmina ieiunas poſcis ſolantia fauces:*
*Teſtor amicitiam, nulla fuiſſe domi.*
*Nam mihi mox nidum pennis confiſa relinquunt,*
*Et Lare contemto non reditura volant.*

# CLAVDIANI EPIGRAMMATA.

## PHOENIX.

*Oceani ſummo circumfluus æquore lucus,*
*Trans Indos, Eurumq; viret: qui primus anhelis*

Sol-

Sollicitatur equis, vicinaq; verbera ſentit.
Humida rorantes reſonant cum limina currus,
Vnde rubet ventura dies, longeq; coruſcis
Nox afflata rotis refugo palleſcit amictu.
Hæc fortunatus nimium Titanius ales
Regna colit, ſoluſq; plaga defenſus iniqua
Poſſidet intactas ægris animalibus oras,
Seua nec humanam patitur contagia mundi
Par volucer ſuperis: ſtellas qui viuidus æquat
Durando, membriſq; terit redeuntibus æuum.
Non epulis ſaturare famem, non fontibus ullis
Aſſuetus prohibere ſitim: ſed purior illum
Solis feruor alit, ventoſaq; pabula libat
Tethyos, innocui carpens alimenta vaporis.
Arcanum radiant oculis iubar: igneus ora
Cingit honos: rutilo cognatum vertice ſidus
Attollit criſtatus apex, tenebraſque ſerena
Luce ſecat: Tyrio pinguntur crura veneno.
Antevolant Zephyros pennæ, quas cæruleus ambit
Flore color, ſparſoq; ſuper diteſcit in auro.
Hic neque concepto fetu, nec ſemine ſurgit:
Sed pater eſt, proleſq; [a] ſui, nulloq; creante  a. ſibi C.
Emeritos artus fecunda morte reformat,
Et petit alternam totidem per funera vitam.
Namque ubi mille vias longinqua retorſerit æſtas,
Tot fuerint hiemes, toties ver curſibus actum,
Quas tulit autumnus dederit cultoribus umbras:
[b] Tunc multis grauior tandem ſubiungitur annis,  b. Tum C.
Luſtrorum numero victus: ceu laſſa procellis
Ardua Caucaſio nutat de vertice pinus,
Seram ponderibus pronus tractura ruinam.
Pars cadit aſſiduo flatu: pars imbre pereſa

Rum-

*Rumpitur : abripuit partem vitioſa vetuſtas.*
*Iam breue decreſcit lumen, languetque ſenili*
*Segnis ſtilla gelu : qualis cùm fortè tenetur*
*Nubibus, & dubio vaneſcit Cynthia cornu.*
*Iam ſolitæ medios alæ tranſcurrere nimbos*
*Vix ima tolluntur humo : tunc conſcius æui*
*Defuncti, reducisq; parans exordia formæ,*
*Arentes tepidis de collibus eligit herbas,*
*Et cumulum texens pretioſa fronde Sabæum*
*Componit, buſtumq; ſibi, partumq; futurum.*
a. magno Solem C. *Hic ſedet, &* [a] *Solem blando clangore ſalutat*
*Debilior, miſcetq; preces, & ſupplice cantu*
*Præſtatura nouas vires incendia poſcit.*
*Quem procul adductis vidit cùm Phœbus habenis,*
*Stat ſubitò, dictiſque pium ſolatur alumnum.*
*O ſenium poſiture rogo, falſiſque ſepulcris*
*Natales habiture vices, qui ſæpe renaſci*
b. letho, C. *Exitio, proprioque ſoles pubeſcere* [b] *lecto,*
*Accipe principium rurſus, corpusq; coactum*
*Deſere : mutata melior procede figura.*
*Hæc fatus, propere flauis è crinibus vnum*
*Concuſſa ceruice iacit, miſſoque volentem*
*Vitali fulgore ferit : nam ſponte crematur,*
*Vt redeat, gaudetq; mori feſtinus in ortum.*
c. tedis B. *Feruet odoratus* [c] *ſtellis cæleſtibus agger,*
*Conſumitq; ſenem. nitidos ſtupefacta iuuencos*
*Luna premit, pigroſq; polus non concitat axes.*
*Parturiente rogo curis natura laborat*
*Æternam ne perdat auem, flamasq; fideles*
d. Admouet, B. [d] *Admonet, vt rerum decus immortale remittant.*
e. venas C. *Continuò diſperſa vigor per membra volutus*
*Æſtuat, &* [e] *venis rediuiuus ſanguis inundat.*

*Vi-*

Ayuntamiento de Madrid

*Victuri cineres, nullo cogente moueri*
*Incipiunt, plumaq́; rudem veſtire fauillam.*
*Qui fuerat genitor, natus nunc proſilit idem,*
*Succeditq́; nouus geminæ confinia vitæ*
*Exiguo medius diſcrimine ſeparat ignis.*
*Protinus ad Nilum Manes ſacrare paternos,*
*Auctoremq́; globum Phariæ telluris ad oras*
*Ferre iuuat velox alienum [a] pergit in orbem,* a. tēdit C.
*Portans gramineo [b] clauſum velamine funus.* b. clarū B.
*Innumeræ comitantur aues, ſtipatque volantem*
*Altiuum ſuſpenſa cohors: exercitus ingens*
*Obnubit vario latè conuexa meatu.*
*Nec quiſquam tantis è millibus obuius audet*
*Ire duci: ſed regis iter flagrantis adorant.*
*Non ferus accipiter, non armiger ipſe Tonantis*
*Bella mouent commune facit reuerentia fœdus.*
*Talis Barbaricas fluuio de Tigride turmas*
*Ductor Parthus agit: gemmis, & diuite cultu*
*Luxurians ſertis apicem regalibus ornat.*
*Auro frenat equum, perfuſa murice veſtem,*
*Aſſyria ſignatur acu, tumidasq́; regendo*
*Celſa per [c] Tyrias acies ditione ſuperbit.* c. famulās C.
*Clara per Ægyptum placidis notiſſima ſacris*
*Vrbs Titana colit, centumq́; immane columnis*
*Inuehitur templum, Thebano monte reuulſis.*
*Illic, vt perhibent, patriam de more reponit*
*Congeriem, vultumq́; Dei veneratus herilem*
*Iam flamæ commendat onus: iam deſtinat aris*
*Semina relliquiasq́; ſui. mirata relucent*
*Limina, diuino ſpirant altaria fumo,*
*Et Peluſiacas productus adusque paludes*
*Peruenit Indus odor; penetrat, completq́; ſalubri*

*Tempeſtate vires, & nectare dulcior aura*
*Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat.*
*O felix, hereſq; tui, quo ſoluimur omnes,*
*Hoc tibi ſuppeditat vires: præbetur origo*
*Per cinerem: moritur te non pereunte ſenectus:*
*Vidiſti quodcumq. fuit: te ſæcula teſte*
*Cuncta reuoluuntur. noſti quo tempore Pontus*
*Fuderit elatas ſcopulis ſtagnantibus vndas:*
*Quis Phaëthonteis erroribus arſerit annus.*
*Et clades te nulla rapit, ſolusq; ſuperſtes*
*Edomita tellure manes. non ſtamina Parcæ*
*In te dura legunt, non ius habuêre nocendi.*

xi. MAGNES.

*QVisquis ſollicita mundum ratione ſecutus,*
*Semina rimatur rerum, quo Luna laborat*
*Defectu, quæ cauſſa iubet palleſcere Solem,*
*Vnde rubeſcentes ferali crine cometæ,*
*Vnde fluant venti, trepidæ quis viſcera terræ*
*a Commoueat motus, quæ b fulgura ducat origo,*
*Vnde tonent nubes, quo lumine floreat arcus:*
*Hoc mihi quærenti, ſi quid deprendere c verum*
*Mens valet, expediat. lapis eſt cognomine magnes*
*Decolor, obſcurus, vilis: non ille repexam*
*Cæſariem Regum, nec candida virginis ornat*
*Colla, nec inſigni ſplendet per ſingula morſu:*
*Sed noua ſi nigri videas miracula ſaxi,*
*Tunc ſuperat pulcros cultus, & quidquid Eois*
*Indus litoribus rubra ſcrutatur in alga.*
*Ex ferro meruit vitam, ferriq; rigore*
*Veſcitur: has dulces epulas, hæc pabula nouit.*
*Hinc proprias renouat vires: hinc fuſa per artus*
*Aſpera ſecretum ſeruant alimenta vigorem.*

a. Concutiat C.
b. fulmina C.
c. veri C.

Hæc

Hoc abſente perit, triſti morientia torpent
Membra fame, venaſq; ſitis conſumit apertas.
Mauors, ſanguinea qui cuſpide verberat urbes,
Et Venus, humanas quæ laxat in otia curas,
Aurati delubra tenent communia templi.
Effigies non una Deis: ſed ferrea Martis
Forma nitet, Venerem magnetica gemma figurat.
Illis [a] connubium celebrat de more ſacerdos, a. conubiũ C.
Ducit flama choros. feſta frondentia myrto
Limina cinguntur, roſeúque cubilia ſurgunt
Floribus, & [b] thalamos dotalis purpura velat. b. thalamũ C.
Heic mirum conſurgit opus, Cytherea maritum
Sponte rapit, cæliq́ue toros imitata priores
Pectora laſciuo flatu Mauortia nectit,
Et tantum ſuſpendit onus, galeæque lacertos
Implicat, & viuis totum complexibus ambit.
Ille laceſſitus longo ſpiraminis actu
Arcanis trahitur gemma de coniuge nodis,
Pronuba fit natura Deis, ferrumq; maritat
Aura tenax: ſubitis ſociantur Numina furtis.
Quis calor infundit geminis alterna metallis
Fœdera? quæ duras iungit concordia mentes?
Flagrat anhela ſilex, & amicam ſaucia ſentit
[c] Materiam, placidoſq; chalybs cognoſcit amores. c. Materiem, C.
Sic Venus horrificum bellis compeſcere Regem,
Et vultum mollire ſolet, cùm ſanguine præceps
Æſtuat, & ſtrictis mucronibus aſperat iras.
Sola feris occurrit equis, [d] mollitq; tumorem d. ſoluitq; C.
Pectoris, & blando præcordia temperat igni.
Pax animo tranquilla datur, pugnaſq; calentes
Deſerit, & rutilas declinat in oſcula criſtas.
Quæ tibi ſæue puer non eſt permiſſa poteſtas?

*Tu magnum ſuperas fulmen, cæloq; relicto*
*Fluctibus in medijs cogis mugire Tonantem.*
a. ſenſu C. *Iam gelidas rupes, viuoq; carentia* [a] *ſexu*
*Membra feris: iam ſaxa tuis obnoxia telis,*
*Et lapides ſuus ardor agit: ferrumq; tenetur*
*Illecebris: rigido regnant in marmore flamæ.*

XLI. APONVS.

F*Ons, Antenoreæ vitam qui porrigis vrbi,*
*Fataq; vicinis noxia pellis aquis.*
*Cùm tua vel mutis tribuant miracula vocem,*
*Cùm tibi plebeius carmina dictet honos,*
*Et ſit nulla manus cuius non pollice ductæ*
*Teſtentur memores proſpera vota notæ:*
*Nónne reus Muſis pariter, Nymphisq; tenebor,*
*Si tacitus ſoli prætereare mihi?*
b. Ludibriũ. quid enim, fas eſt à vate C. *Ald.* [b] *Indictum neque enim fas eſt, tacitumq; relinqui*
*Hunc qui tot* [c] *populis prouocat ore loqui.*
*Alto colle minor, paruis erectior aruis,*
*Conſpicuo cliuus molliter orbe tumet.*
c. populi prouocat ora loqui? C. populis prouolat ore locũ? *Ald.* *Ardentis fecundus aquæ, quacumque cauernas*
*Perforat, offenſo truditur igne latex.*
*Spirat putre ſolum, concluſa ſubter anhelo*
*Pumice rimoſas perforat vnda vias.*
*Humida flamarum regio Volcania terræ*
*Vbera ſulfureæ feruida regna plagæ.*
*Quis ſterilem non credat humum? fumantia vernãt*
*Paſcua: luxuriat gramine cocta ſilex.*
*Et cùm ſic rigido cautes feruore liqueſcant,*
*Contentis audax ignibus herba viret.*
*Præterea grandes effoſſi marmore ſulci*
*Saucia longinquo limite ſaxa ſecant.*
*Herculei, ſic fama refert, monſtratur aratri*
*Semi-*

Semita vel caſus vomeris egit opus.
In medio pelagi iatè flagrantis imago,
Cæruleus immenſo panditur ore lacus,
Ingentis fuſus ſpatio: ſed maior in altum
Intrat, & arcanæ rupis inane ſubit.
Denſus nube ſua, tactuq; immitis, & hauſtu:
Sed vitreis idem lucidus vſque vadis.
Conſuluit natura ſibi, ne [a] tota niteret, a. meſſa
Admiſitq; oculos, quô vetat ire calor. lateret, C.
Turbidus impulſu venti cùm ſpargitur aër,
Glaucaq; fumiferæ terga ſerenat aquæ;
Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi,
Tunc veteres haſtæ regia dona micant:
Quas inter nigræ tenebras obſcurus arenæ
Diſcolor [b] obruptum flumen hiatus agit. b. abruptũ. C.
Apparent intra latebræ quas gurges opacus
Implet, & abſtruſos ducit in antra ſinus.
Tunc montis ſecreta patent: qui flexus in arcum
Æquora pendenti margine ſumma ligat.
Viua coronatos adſtringit [c] ſæua vapores, c. ſcena C.
Et leuis exili cortice terra natat,
[d] Calcaturq; oneri numquam ceſſura virorum, d. Calca-
Suſtentat tremdum fida ruina pedem. tumq; C.
Facta manu credas: ſic [e] leues circuit oras
Ambitus, & tenuis, perpetuusq; riget. e. lenes C.
Herent ſtagna loco, plenas æquantia ripas,
Præſcriptumq; timent [f] exſiluiſſe modum. f. trãſiluiſ-
Quod ſuperat, fluuius deuexa rupe volutus ſe C.
Egerit, & campi dorſa recurua petit.
Deuehit exceptum natiuo ſpuma meatu:
In patulas plumbi labitur inde vias.
Nullo cum ſtrepitu madidis infecta fauillis

Deſpumat niueum fiſtula cana ſalem.
Multifidas diſpergit opes, artemque ſecutus
Quà iuſſere manus, mobile torquet iter,
Et iunctos rapido [a] pontes ſubtermeat æſtu,
Afflatosq; vago temperat igne tholos.
Acriùs interius rauci cum murmure ſaxi
Spumeus eliſo pellitur amne vapor.
Hinc pigras repetunt feſſi ſudore lacunas:
Frigora queis longæ damna dedere moræ.
Salue Pæoniæ largitor nobilis vndæ:
Dardanij ſalue gloria magna ſoli.
Publica morborum requies, commune medentum
Auxilium, præſens Numen, inemta ſalus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis,
Et noſtro Phlegethon deuius orbe [b] calet:
Sulfuris in venas gelidus ſeu decidit amnis,
Accenſusq; fluit, quod manifeſtat odor:
Siue pares flamas vndarum lance rependens,
Arbiter in fœdus mons elementa vocat,
Ne cedant ſuperata ſibi: ſed legibus æquis
Alterius vires poſſit vtrumque pati.
Quidquid erit cauſſæ, quocumq. [c] remitteris ortu,
Non ſine conſilio currere certa fides.
Quis caſum meritis adſcribere talibus audet?
Quis negat auctores hæc ſtatuiſſe Deos?
Ille pater rerum, qui ſæcula diuidit aſtris,
Inter prima poli te quoq. ſacra dedit,
Et fragilem noſtri miſeratus corporis vſum
Telluri medicas fundere iuſſit aquas,
Parcarumq; colos exoratura ſeueras
Flumina laxatis emicuere iugis.
Felices, proprium qui te meruere coloni,

[a] fontes ſubteraehit C.
[b] latet C.
[c] amitteris C.

Fas

*Fas quibus eſt Aponum iuris habere ſui.*
*Non illis terrena lues, corrupta nec Auſtri*
*Flamina, nec ſæuo Sirius igne nocet.*
*Sed quamuis Lacheſis lethali ſtamine damnet,*
*Inde ſibi fata proſperiora petunt.*
*Quòd ſi fortè malus membris exuberat humor,*
*Languida vel nimio viſcera felle [a] rubent:* a. vrēt: C.
*Non venas [b] reſerant, nec vulnere vulnera ſanāt,* b. relecāt, C.
*Pocula nec triſti gramine miſta bibunt.*
*Amiſſum lymphis reparant impunè vigorem,*
*Pacaturq́; ægro luxuriante dolor.*

## NILVS. IIII.

*FElix, qui Pharias proſcindit vomere terras:*
*Nubila non ſperat tenebris condentia cælum:*
*Nec grauiter flantes pluuiali frigore Coros*
*Inuocat, aut arcum variata luce rubentem.*
*Ægyptus ſine nube ferax, imbresq́; ſerenos*
*Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti.*
*Gaudet aquis, quas ipſa vehit, Niloq́; redundat:*
*Qui rapido tractu mediis elapſus ab Auſtris,*
*[c] Flammiferæ patiens Zonæ, Cancriq́; calentis,* c. Flamigeræ C.
*Fluctibus ignotis noſtrum procurrit in orbem,*
*Secreto de fonte cadens, qui ſemper inani*
*Quærendus ratione latet: nec contigit vlli*
*Hoc vidiſſe caput: fertur ſine teſte creatus,*
*Flumina profundens alieni conſcia cæli.*
*Inde vago lapſu, Libyam diſperſus in omnem,*
*Æthiopum per mille ruit nigrantia regna,*
*Et loca continuo Solis damnata vapore*
*Irrorat, populiq́; ſalus ſitientibus errat,*
*Per Meroën, Blemiasq́; feros, atramq́; Syenen.*
*Hunc bibit effrenis Garamas, domitorq́; ferarum*

a. Cādeus legit Scopa Collectan. ped decad.

v Vide Plinium lib. VI cap XXIX. & Melam lib. III.

a Cirrheus, qui vaſta colit ſub rupibus antra,
Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos,
Et gens compoſitis crinem velata ſagittis.
Nec vero ſimiles cauſſas creſcentibus undis
Vt tempus meruit: glacie non ille ſoluta,
Nec circumfuſo ſcopulis exuberat imbre.
Nam cùm triſtis hiems alias produxerit vndas,
Tunc Nilum retinent ripæ: cùm languida ceſſant
Flumina, tunc Nilus mutato iure tumeſcit.
Quippe quod ex omni fluuio ſpoliauerit æſtus,
Hoc Nilo natura refert, totumq; per orbem
Collectæ partes vnum reuocantur in amnem.
b Cumq; die Titana Canis flagrantior armat,
Et rapit humores madidos, venasq; calore
Compeſcit, radiisq; potentibus æſtuat axis;
Nilo bruma venit, contraria tempora mundo.
Defectu ſolitum referens cultoribus æquor,
Effluit Ægeo ſtagnantior, acrior alto
Ionio, ſeſeq; patentibus explicat aruis.
Fluctuat omnis ager. remis ſonuere nouales.
Sæpius æſtiuo iaceat cùm forte ſopore,
Cernit cum ſtabulis armenta natantia paſtor.

b. Quoq; C.

v.

## HYSTRIX

AVdierā memorande tuas Stymphale volucres
Spicula vulnifico quondam ſparſiſſe volatu:
Nec mihi credibilis ferratæ fabula pinnæ
Viſa diu: datur ecce fides, & cognitus hyſtrix,
Herculeas affirmat aues. os longius illi
Aſſimilat porcum: mentitæ cornua ſetæ
Summa fronte rigent: oculis rubet igneus ardor;
Parua ſub hirſuto catuli veſtigia dorſo.
Hanc tamen exiguam miro natura tueri

Preſſi-

Ayuntamiento de Madrid

*Præſidio dignata feram. ſtat corpore toto*
*Silua minax iaculiſque rigens in prælia creſcit*
*Picturata ſeges quorum cute fixa tenaci*
*Altera ſuccreſcit, alternanteſq; colorum*
*Cincta vices ſpatiis intus nigrantibus, exit*
*In ſolidæ ſpeciem ª pugnæ, tenuataq; furtim* a. pinnæ, C.
*Lœuis in extremum ſeſe producit acumen.*
*Sed non hæc acies ritu ſilueſtris echini*
*Fixa manet. crebris propugnat iactibus vltro,*
*Et longè ſua membra. regit, tortumq; per auras*
*Euolat excuſſo natiuum miſſile tergo.*
*Interdum fugiens Parthorum more ſequentem*
*Vulnerat: interdum, poſitis velut ordine caſtris,*
*Terrificum denſa mucronem verberat vnda,*
*Et conſanguineis haſtilibus aſperat armos.*
*Militat omne feræ corpus, vibrataq; rauco*
*Terga fragore ſonant, ſtimulis accenſa tubarum.*
*Agmina collatis credas confligere ſignis;*
*Tantus in anguſto ſtrepitus furit additur armis*
*Calliditas, ᵇ partusq; ſui timor, iraq; numquam* b. parcenſque Ald.
*Prodiga telorum: cautè contenta minari,*
*Nec niſi ſeruandæ iactus impendere vitæ.*
*Error abeſt, certum ſollertia deſtinat ictum,*
*Nil ſpatio fallente modum: ſeruatq; tenorem*
*Muta cutis, doctiq; ᶜ tegit conamina viſus.* c. regit C.
*Quis labor humanus tantum ratione ſagaci*
*Proficit? eripiunt trucibus Gortynia capris*
*Cornua, ſubiectis eadem lenteſcere cogunt*
*Ignibus, intendunt taurinos ᵈ mittere neruos,* d. viſcera B.
*Inſtruitur pinnis, ferroq; armatur arundo.*
*Ecce breuis propriis munitur beſtia telis,*
*Externam nec quærit opem. fert omnia ſecum:*

Se pharetra, ſeſe iaculo, ſeſe vtitur arcu.
Vnum animal cunctas bellorum poſſidet artes.
Quòd ſi omnis noſtræ paullatim induſtria vitæ
Fluxit ab exemplis: quidquid procul appetit hoſtē,
Hinc reor inuentum: morem hinc traxiſſe Cydonas
Bellandi, Parthosq; retro didiciſſe ferire,
Prima ſagittiferæ pecudis documenta ſecutos.

## VI. De sene Veronensi.

a. patriis B.

Felix, qui[a] propriis æuum tranſegit in aruis;
  Ipſa domus puerum quē videt, ipſa ſenem.
Qui baculo nitens, in qua reptauit arena,
  Vnius numerat ſecula longa caſæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
  Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.
Non freta mercator timuit, non claſſica miles:
  Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ neſcius vrbis,
  Adſpectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis, non Conſule computat annum:
  Autumnum pomis, ver ſibi flore notat.
Idem condit ager Soles, idemq; reducit,
  Metiturq; ſuo ruſticus orbe diem.

b. garmine C.
c. Aequæuum vidit

Ingentem meminit paruo qui[b] gramine quercum,
  [c] Aequæuumq; videt conſenuiſſe nemus.
Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
  Benacumq; putat litora rubra lacum.
Sed tamen indomitæ vires, firmiſq; lacertis
  Aetas robuſtum tertia cernit auum.
Erret, & extremos alter ſcrutetur Iberos,
  Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

## IN ALETHIVM QVAESTOREM. VII.

SIc non Aethiopum campos æſtate pererrem,
Nec brumam Scythico ſub Ioue nudus agam,
Sic non imbriferam noctem ducentibus Hœdis,
Ionio credam turgida vela mari.
Sic non Tartareo Furiarum verbere pulſus,
Irati relegant carmina grammatici.
Nulla meos traxit petulans audacia ſenſus,
Liberior iuſto nec mihi lingua fuit.
Verſiculos fateor non cauta voce notam,
Heu miſer ignorans quàm graue crimen erat.
Orpheos alij libros impune laceſſunt,
Nec tua ſecurum te Maro fama vehit.
Ipſe parens vatum princeps Heliconis Homerus
Iudicis excepit tela ſeuera notæ.
Sed non Virgilius, ſed non accuſat Homerus:
Neuter enim quæſtor, pauper vterque fuit.
En moneo plauſus, & pallidus omnia laudo,
Et clarum repeto terque, quaterq; ſophos.
a Intendat placidus tandem, ſtatuq; remittat, a. Ignoſcat C.
Et tuto recitet quodlibet ore placet.

## DE MVLABVS GALLICIS. VIII.

ADſpice morigeras Rhodani torrẽtis alumnas,
Imperio nexas, imperioque vagas,
Diſſona quàm varios flectant ad murmura curſus,
Et certas adeant voce regente vias.
Quamuis quæque ſibi nullis diſcurrat habenis,
Et pateant duro libera colla iugo:
Ceu conſtricta tamen ſeruit, patienſq; laborum
Barbaricos docili concipit aure ſonos.

Abſen-

Ayuntamiento de Madrid

Abſentis longinqua valent præcepta magiſtri,
Frenorumq; vices lingua virilis agit.
Hæc procul anguſtat ſparſas, ſpargitq; coactas,
Hæc ſiſtit rapidas: hæc properare facit.
a. limite C. Leua iubet: læuo deducunt [a] ordine [b] currum.
b. greſſum B. Mutauit ſtrepitum: dexteriora petunt.
Nec vinclis famulæ, nec libertate feroces,
Exutæ laqueis ſub ditione tamen.
Conſenſuque pares, & fuluis pellibus hirtæ
Eſſeda concordes multiſonora trahunt.
Miraris, ſi voce feras pacauerit Orpheus,
Cùm pronas pecudes Gallica verba regant?

IX. IN CVRETIVM

Fallaces vitreo ſtellas componere mundo,
Et vaga Saturni ſidera ſæpe queri,
Venturumq; Iouem paucis promittere nummis,
Cureti genitor nouerat Vranius.
In prolem dilata ruunt periuria patris,
Et pœnam meritò filius ore luit.
Nam ſpurcos auidè lambit meretricis hiatus,
Conſumens luxu, flagitiiſque domum.
Et quas fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua refudit opes.

X. IN EVNDEM.

SI tua Cureti penitus cognoſcere quæris
Sidera, patre tuo certiùs ipſe loquar.
Quòd furis, aduerſi dedit inclementia Martis.
Quòd procul à Muſis, debilis Arcas erat.
Quòd turpem pateris iam cano podice morbum,
Femineis ſignis Luna, Venuſq; fuit.
Attriuit Saturnus opes. hoc prorſus in vno
Hæreo, quæ cunnum lambere cauſſa facit.

IN

IN EVNDEM. XI.

SOrdidus ex humeris nodo dependet amictus,
Exercentur equis, & colla comantia pectunt.

DE APRO, ET LEONE. XII.

TOruus aper, fuluusq; leo coiere ſuperbis
Viribus: hic ſetis, ſæuior ille iuba
Hunc Mars, hūc Cybele laudat. dominatur vterq;
Montibus. Herculeus ſudor vterque fuit.

DE LOCVSTA. XIII.

HOrret apex capitis: medio fera lumina ſurgūt
Vertice cognatus dorſo dureſcit amictus.
Armauit natura cutem, dumq; rubentes
Cuſpidibus paruis multis acuere rubores.

DE TORPEDINE. XIIII.

QVis non indomitam [a] miræ torpedinis artem a. diræ B.
[b] Audit, & emerito ſignatas nomine vires? b. Audijt & merito C.
Illa quidem mollis, ſegniq; [b] obnixa natatu
Reptat, & attritus vix languida ſerpit arenis. c. obnoxia tactu C.
Sed latus armauit gelido natura veneno,
Et frigus, quo cuncta rigent, armata medullis
Miſcuit, & proprias hiemes per viſcera duxit.
Naturam iuuat ipſa dolis, & conſcia ſortis
Vtitur ingenio, longeq; extenta per algas
Hac confiſa iacet: ſucceſſu læta reſurgit,
Et viuos impune ferox depaſcitur artus.
Si quando veſtita cibis incautior æra
Hauſerit, & curuis frenari ſenſerit hamis;
Non fugit; aut vano conatur vellere morſu;
Sed propius nigræ iungit ſe callida ſetæ,
Et meminit captiua ſui, longeque per vndas
Pigra venenatis effundit flamina venis.

Per

Ayuntamiento de Madrid

*Per ſetam vis alta meat, fructusq́; relinquit*
*Abſentem victura virum: metuendus ab imis*
*Emicat horror aquis, & pendula fila ſecutus*
*Tranſit arundineos arcano frigore nodos,*
*Victricemq́; ligat concreto ſanguine dextram.*
*Damnoſum piſcator onus, prædamq́; rebellem*
*Iactat, & amiſſa redit exarmatus habena.*

XV. DE PHALERIS EQVI HONORII.

*ACcipe parua tuæ princeps venerande ſororis*
*Munera quæ manibus texuit ipſa ſuis.*
*Dumq́; auro phaleræ, gemmis dum fræna renident,*
*Hac vterum zona cinge frementis equi.*
*Siue illum Armeniis aluerunt gramina campis;*
*Turbidus Argæa ſeu niue lauit Halys.*
*Sanguineo virides morſu verſare ſmaragdos,*
*Et Tyrio dignum terga rubere croco.*
*O quantum formæ ſibi conſcius erigit armos,*
*Spargit & excuſſis colla ſuperba iubis!*
*Augeſcit breuitas doni pietate Serenæ,*
*Quæ volucres etiam fratribus ornat equos.*
*Stamine reſplendens, & mira textilis arte*
*Balteus, alipedis regia terga ligat.*
*Quem decus Eoo fratri, pignusq́; propinqui*
*Sanguinis, Heſperio miſit ab orbe ſoror.*
*Hoc latus adſtringi velox optaret Arion:*
*Hoc proprium vellet cingere Caſtor equum.*

XVI. DE CONCHA.

*TRansferat huc liquidos fontes Heliconia Naïs,*
*Et patulo conchæ diuitis orbe fluat.*
*Namque latex, docta qui lauerit ora Serenæ,*
*Vltra Pegaſeas numen habebit aquas.* 4



Ayuntamiento de Madrid

## DE MVNERIBVS HONORIO IMP. MISSIS. XVII.

Non ſemper clypei metuendū gentibus orbem
Dilecto ſtudioſa parens fabricabat Achilli:
Lemnia nec ſemper ſupplex ardentis adibat
Antra Dei, nato galeam factura comantem:
Sed placidos etiam cinctus, & mitia pacis
Ornamenta dabat: bello quibus ille peracto
Conſpicuus Reges interfulgeret Achiuos.
Ipſa manu chlamydes oſtro texebat, & auro,
Frenaq́; quæ volucrē Xanthum, Baliūq́; [a] decernit, a. decerpit, C.
Æquore quæſitis[b] onerabat ſedula gemmis. b. ornabat C.
At tibi diuerſis princeps altiſſime certant
Obſequiis, ſocer en Stilico Mauortia confert
Munera, Barbaricas ſtrages, Rheniq́; triumphos:
Reginæ contenta modum ſeruare Serena,
In tua ſollicitas vrgens velamina telas.

## DE EQVO HONORII. XVIII.

O Felix ſonipes, tanti cui frena mereri
Numinis, & ſacris licuit ſeruire lupatis:
Seu tua per campos vento iuba luſit Iberos:
Seu te Cappadocum gelida ſub valle natantem
Argeæ lauere niues: ſeu læta ſolebas
Theſſaliæ rapido perſtringere paſcua ſaltu:
Accipe regales cultus, & crine ſuperbus
Erecto virides ſpumis perfunde ſmaragdos.
Luxurient tumido gemmata monilia collo,
Nobilis auratos iam purpura veſtiat armos.
Et medium te zona liget, variata colorum
Floribus, & caſtæ manibus ſudata Serenæ,
Perſarum gentile decus. ſic quippe laborat
Maternis ſtudiis, nec dedignatur equeſtres
Moliri phaleras, genero latura decorem.

Ayuntamiento de Madrid

XIX. De Cryſtallo.

Poſſedit glacies naturæ ſigna priorũ:
Quæ fit parte lapis, frigora parte negat.
Sollers luſit hiems, imperfectoq; rigore
Nobilior, mitis gemma tumeſcit aquis.

XX. De eodem.

Lymphæ, quæ tegitis cognato corpore lymphas,
Et quæ nunc eſtis, quæq; fuiſtis aquæ,
Quod vos ingenium iunxit? qua frigoris arte
Torpuit, & maduit prodigioſa ſilex?
Quis tepor incluſus ſecuris vindicat vndas?
Interior glacies quo liquefacta Noto?
Gemma quibus clauſtris arcano nobilis æſtu
Vel concreta fuit, vel reſoluta gelu?
Solibus indomitum glacies Alpina rigorem
Sumebat, nimio iam pretioſa gelu.
Nec potuit toto mentiri corpore gemmam:
Sed medio manſit proditor orbe latex.
Auctus honor, liquidi creſcunt miracula ſaxi,
Et conſeruatæ plus meruiſtis aquæ.
Adſpice correptam ſplendenti fragmine venam,
Qua trahitur limes lucidiore gelu.
Hic nullum Boream, nec brumam ſentit opacus
Humor, ſed varias itq; reditq; vias,
Non illum conſtrinxit hiems, non Sirius uſſit:
Ætatis ſpatium non tenuauit edax.
Clauditur in munis conuexo tegmine riuus,
Duratiq; vagus fons operitur aquis.
Nonne vides, propriis vt ſpumet gemma lacunis,
Et refluos ducant pocula bina ſinus?
Vdaq; pingatur radiis obſtantibus Iris,
Secretas hiemes ſollicitante die?

Mira

Ayuntamiento de Madrid

Mira ſilex, miruſq; latex, qui flumina vincit,
Et lapis eſt merito, quod fluit, & lapis eſt.
Dum cryſtalla puer contingere lubrica gaudet,
Et gelidum tenero pollice verſat onus;
Vidit perſpicuo deprenſas marmore nymphas,
Dura quibus ſolis parcere nouit hiems:
Et ſiccum relegens labris ſitientibus orbem,
Irrita quæſitis oſcula figit aquis.
Marmoreum nec ſperne globum: ſpectacula tranſit
Regia, nec rubro vilior iſte mari.
Informis glacies, ſaxum rude, nulla figuræ
Gratia: ſed raras inter habetur opes.

## IN SPHAERAM ARCHIMEDIS. XXI.

Iupiter in paruo cùm cerneret æthera vitro,
Riſit, & ad Superos talia dicta dedit.
Huccine mortalis progreſſa potentia curæ?
Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli, rerumq; fidem, [a] legemq; virorum,
Ecce Syracoſius tranſtulit arte ſenex.
Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris,
Et viuum certis motibus vrget opus.
Percurrit proprium, [b] mentitur Signifer annum,
Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit.
Iamq; ſuum voluens audax induſtria mundum
Gaudet, & humana ſidera mente regit.
Quid falſo inſontem tonitru Salmonea miror?
Æmula naturæ parua reperta manus.

a. legeſque Deorum. Ald.

b. metitur B.

## DE BYRRHO, ET CASTORIO. XXII.

Nominis umbra manes veteris: nam dicere Byrrhum,

a.vitet,C. Si Caſtor [a] niteat, Caſtoreum nequeo.
b.quis C. Sex emtus ſolidis, [b] quid ſit iam ſcire poteſtis?
Si mihi nulla fides, credite vel pretio. 4

XXIII. IN SEPVLCRVM SPECIOSAE.

PVlcris ſtare diu Parcarum lege negatur.
Magna repēte ruunt: ſumma cadunt ſubitò.
Heic formoſa iacet Veneris ſortita figuram,
Egregiumq; decus inuidiam meruit. 4

XXIIII. DE BALNEIS QVINCTIANIS.

FOntibus in liquidis paullum requieſce viator,
Atque tuum rurſus carpe refectus iter.
Lympharum dominum nimiùm miraberis hoſpes,
Inter dura viæ balnea qui poſuit. 4

XXV. DESCRIPTIO PORTVS ZARINENSIS.

VRbs in conſpectu montana cacumina velat,
Tranquillo prætenta mari: ducentia portum
Cornua, pacatas remouent Aquilonibus vndas.
Heic exarmatum terris cingentibus æquor
Clauditur, & placidam diſcit ſeruare quietem. 5

XXVI. AD AETERNALEM.

QVidquid Caſtalio de gurgite Phœbus anhelat,
Quidquid fatidico mugit cortina receſſu,
c.ſunt C. Carmina [c] ſert: ſed verba negāt communia Muſæ.
Carmina ſola loquor, ſic me meus implet Apollo.

XXVII. DESCRIPTIO ARMENTI.

NOn tales quondam ſpecies tulit armentorum
Tellus tergemino ſubdita Geryoni.
Non tales Clitumni lauas in gurgite tauros,
Tarpeio referunt quos pia vota Ioui.

Non

*Non tales Tyrias ſparſiſſe iuuencus arenas*
*Dicitur, optatum quando reuexit onus.*
*Non Cretæus ager, nec amati conſcia tauri*
*Cnoſſos, nec ſimiles pauerit Ida feras.*
*Ipſe & diſpariles monſtro diffuſus in artus,*
*Qui crimen matris condidit ore nouo.*
*Cres puer haud talem potuiſſet reddere formam,*
*Portaſſent totum ſi fera membra patrem.*

DESCRIPTIO INSVLAE. XXVIII.

EST *procul ingenti regio ſummota receſſu*
*Inſula, quæ reſides fluctus miteſcere cogit.*
*In longum producta latus, fractaſq; per vndas*
*Ardua tranquillo curuantur brachia portu.*

DE IRACVNDO. XXIX.

IN *iaculum quodcumq.* [a] *ferit dementia mutat,* a. gerit C
*Omnibus armatur rabies pro cuſpide ferri.*
*Cuncta volāt, dum dextra ferox in vulnere ſæuit.*
*Pro telo geritur quidquid ſuggeſſerit ira.*

DE QVADRIGA MARMOREA. XXX.

Q*Vis dedit innumeros vno de marmore vultus?*
*Surgit in aurigam currus paribuſq; lupatis*
*Vnanimes frenantur equi. quos forma diremit,*
*Materies* [b] *cognata tenet, diſcrimine nullo.* b. frenat C.
*Vix redit in currum: ducuntur ab axe iugales:*
*Ex alio ſe quiſque facit. quæ tanta poteſtas?*
*Vna ſilex tot membra ligat, ductuſq; per artem*
*Mons patiens ferri varios mutatur in artus.*

DE POLYCASTE, ET PERDICE. XXXI.

Q*Vid non ſæuus amor flamarū* [c] *munere cogit?* c. num cogat?
*Sanguinis affectum mater amare timet.*

Pectore dum niueo miſerum tenet anxia nutrix,
Illicitos ignes iam fouet ipſa parens.
Vltrices pharetras tandem depone Cupido.
Conſule iam Venerem, forſan & ipſa dolet.

XXXII. IN PODAGRVM.

QVæ tibi cum pedibus ratio? quid carmina culpas?
Scandere qui neſcis, verſiculos laceras.
Claudicat hic verſus, hæc, inquit, ſyllaba nutat,
Atque nihil prorſus ſtare putat podager.

XXXIII. AD MAXIMVM.

DVlcia dona mihi tu mittis Maxime ſemper,
Et quidquid mittis, mella putare decet.

XXXIIII. DE PAVPERE AMANTE.

PAupertas me ſæua domat, diruſq́ Cupido:
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

DE EODEM.

ESuriens pauper telis incendor amoris:
ᵃ deligo Ald. Inter vtrunq. malum ᵃdiligo pauperiem.

XXXV. DE AMPHINOMI, ET ANAPII PIORVM FRATRVM STATVIS.

ADſpice ſudantes venerando pondere fratres,
Diuino meritos ſemper honore coli.
ᵇ uſta C. ᵇ Luſtra quibus rapidæ ceſſit reuerentia flamma,
Et mirata vagas reppulit Ætna faces.
Complexi manibus fultos ceruice parentes,
Attollant vultus, accelerentq́; gradus.
Grandæui gemina ſublimes prole feruntur,
ᶜ ra Ald. Et ᶜclara natos implicuere mora.
Nónne vides, vt ſæua ſenex incendia monſtret?
Vt

*Vt trepido genitrix inuocet ore Deos?*
*Erexit formido comam, perq́; omne metallum*
*Fuſus in attonito palluit ore*[d] *color.* d. tremor C. ęre tremor Ald.
*In iuuenum membris animoſus cernitur horror,*
*Atque oneri metuens, impauidusq́; ſui.*
*Reiectæ vento chlamydes, dextram erigit ille,*
*Contentus læua ſuſtinuiſſe patrem.*
*Aſt illi duplices in nodum colligit vlnas,*
*Cautior in ſexu debiliore labor.*
*Hoc quoque præteriens oculis ne fortè relinquas,*
*Artificis tacitæ quod meruere manus.*
*Nam conſanguineos eadem cùm forma figuret,*
*Hic propior matri, ſit tamen ille patri.*
*Diſſimiles*[e] *annos ſollertia temperat artis:* e. animæ B.
*Alter in alterius redditur ore parens.*
*Et noua germanis paribus diſcrimina præbens,*
*Diuiſit vultus cum pietate faber.*
*O bene naturæ memores documenta ſupernæ*
*Iuſtitiæ, iuuenum numina, vota ſenum:*
*Qui ſpretis opibus medios properaſtis in ignes*
*Nil præter ſanctam tollere canitiem.*
*Haud equidem immerito tantas virtute repreſſas*
*Enceladi fauces obriguiſſe reor.*
*Ipſe redundantem frenauit Mulciber Aetnam,*
*Læderet exempli ne monumenta pij.*
*Senſerunt elementa fidem, pater affuit æther,*
*Terraq́ue maternum ſedula iuuit onus.*
*Quòd ſi notus amor prouexit in aſtra Lacones,*
*Aeneam Phrygio raptus ab igne pater:*
*Si vetus Argolicos illuſtrat gloria fratres,* f. Vide vigeſi[illegible] Auſon.
*Qui ſua materno colla dedere iugo:*
*Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis*[f] *Anapi*

*Aeternum Siculus templa dicauit honos?*
*Plura licet ſummæ dederit Trinacria laudi,*
*Nouerit hoc maius ſe genuiſſe nihil.*
*Nec doleat damnis, quæ deuius intulit ardor:*
*Nec gemat exuſtas igne furente domos*
*Num potuit pietas flama ceſſante probari?*
*Emtum eſt ingenti clade perenne decus.*

XXXVI.
## DE THEODORO ET HADRIANO.

*Mallius indulget ſomno noctesq́; , diesq́;:*
*Inſomnis Pharius. ſacra profana rapit.*
*Omnibus hoc Italæ gentes, expoſcite votis,*
*Mallius vt vigilet, dormiat vt Pharius.*

XXXVII.
## IN SIRENAS.

*DVlce malum pelago Siren, volucresq́; puellæ,*
*Scyllæos inter fremitus, auidamq́; Charybdin,*
*Muſica ſaxa fretis habitabant dulcia monſtra.*
*Blanda pericla maris: terror quoq; gratus in vndis*
*Delatis licet huc incumberet aura carinis,*
*Impleſſentq́; ſinus venti de puppe ferentes.*
*Figebat vox vna ratem: nec tendere certum*
*Delectabat iter reditus, odiumq́; iuuabat:*
*Nec dolor vllus erat. mortem dabat ipſa voluptas.*

XXXVIII.
## IN IACOBVM MAGISTRVM EQVITVM.

*PEr cineres Pauli, per cani limina Petri,*
*Ne laceres verſus dux Iacobe meos.*
*Sic tua pro clypeo [a] defendat pectora Thomas,*
*Et comes ad bellum Bartholomæus eat.*
*Sic ope ſanctorum non Barbarus irruat Alpes:*
*Sic tibi det vires ſancta Suſanna ſuas.*
*Sic quicunque ferox gelidum tranauerit Iſtrum,*
*Mer-*

a. fuſtentet C.

Mergatur: volucres ceu Pharaonis equi.
Sic Geticas vltrix feriat romphæa catervas,
Romanaq; regant proſpera tela manus.
Sic tibi det moriens[a] magnos conuiua[b] triumphos, a. magnū C. b. triumphum, C.
Atque tuam vincant dolia fuſa ſitim.
Sic numquam hoſtili maculetur ſanguine dextra,
Ne laceres verſus dux Iacobe meos.

## *DAMASI DE CHRISTO SERVATORE ELOGIVM.

*Georg Fabricius lib. Poëtarum veterum Chriſtianorum hoc carmē Damaſo attribuit.

CHriſte potens rerum redeuntis conditor æui,
Vox ſummi, ſenſuſq; Dei: quem fudit ab alta
Mente Pater, tantiq; dedit conſortia regni.
Impia tu noſtræ domuiſti crimina vitæ,
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affariq; palam populos, hominemq; fateri:
[c] Quemq; vtero incluſum Mariæ, mox numine viſo c. Quem verbo. Alius
Virgineus tumuere ſinus, innuptaq; mater
Arcano[d] ſtupuit compleri viſcera partu, d. obſtupuit Fabricius.
Auctorem paritura ſuum. mortalia corda
Artificem[e] texere poli, mundiq; repertor, e. fudere B.
Pars fuit humani generis, latuitq; ſub imo
Pectore, qui totum latè complectitur orbem,
Et, qui non ſpatiis terræ, non æquoris[f] vnda, f vndis Fabricius.
Nec capitur cælo, paruos confluxit in artus.
Quin & ſupplicij nomen, nexuſq; ſubiſti,
Vt nos ſubriperes letho, mortemque fugares
Morte tua: mox æthereas euectus in auras,
Purgata[g] repetens lætum te luce parentem g. reparā Fabricius
Auguſtum foueas, feſtis vt ſæpe diebus
Annua ſinceri celebret ieiunia ſacri.

## LAVS CHRISTI.

PRoles vera Dei, cunctiſq; antiquior annis,
Nūc genitus, qui ſemper eras, luciſq; repertor,
Antè tuæ matriſq; parens: quem miſit ab aſtris
Æquæuus Genitor, verbique in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis arcti
Iuſſit inire vias, paruaq; in ſede morari:
Quem ſedes non vlla capit: qui lumine primo
Vidiſti quidquid mundo naſcente crearas.
Ipſe opifex, opus ipſe tui, dignatus iniquas
Ætatis ſentire vices, & corporis huius
Diſſimiles perferre modos, hominemq; ſubire,
Vt poſſis monſtrare Deum. ne lubricus error,
Et decepta diu varij ſollertia mundi,
Pectora tam multis ſineret mortalia ſeclis
Auctorem neſcire ſuum. te conſcia partus
Mater, & attoniti pecudum ſenſere timores.
Te noua ſollicito luſtrantes ſidera viſu,
In cælo videre prius: lumenque ſecuti,
Inuenere Magi. tu noxia pectora ſoluis,
Elapſaſq; animas in corpora functa reducis,
Et vitam remeare iubes. tu lege recepti
Muneris, ad Manes penetras, mortiſq; latebras
Immortalis adis. naſci tibi nam fuit vni
Principium, finiſq; mori: ſed nocte refuſa,
In cælum, patremq; redis, rurſuſq; perenni
Ordine, purgatis adimis contagia terris.
Tu ſolus, Patriſque comes: tu Spiritus inſons,
Et toties vnus, tripliciq; in nomine ſimplex.
Quid, niſi pro cunctis, aliud? quis credere poſſit,
Te potuiſſe mori, poteris qui reddere vitam?

M i-

Ayuntamiento de Madrid

## MIRACVLA CHRISTI.

ANgelus alloquitur Mariã, quò preſcia verbo
Concipiat, ſalua virginitate, Deum.
Dant tibi Chaldæi prænuntia munera Reges,
Myrrham homo, rex aurũ, ſuſcipe thura Deus.
Permutat lymphas in vina liquentia Chriſtus:
Quo primum facto ſe probat eſſe Deum.
Quinque explent pane, piſces duo, millia quinque:
Et Deus ex paruo plus ſupereſſe iubet.
Editus ex vtero cæcus noua lumina ſenſit,
Et ſtupet ignotum ſe meruiſſe diem.
Lazarus è tumulo Chriſto inclamante, reſurgit,
Et duræ mortis lex reſoluta perit.
Nutantem quatit vnda Petrũ: cui Chriſtus in alto
Et dextra greſſus firmat, & ore fidem.
Exſanguis Chriſti contingit fœmina veſtem:
Stat cruor in venis: fit medicina fides.
Iuſſus poſt multos graditur paralyticus annos,
Mirandum, lecti portitor ipſe ſui.

FINIS.

# CLAVDIANI MAMERTI, CONTRA POETAS VANOS AD COLLEGAM, CARMEN.

Vide Gen. Fabricij annot. in Poetas Christianos.

IAM mihi polliceor ſacris tua carmina libris
Condere, teq; Dei flamatum nomine Christi,
Ora ſoluturũ ſummo facũda Parẽti
Incipe diuinis tantùm dare pectora rebus,
Subreptoſq; Deo ſenſus attollere terra:
Mox oculis cælo noua lux orietur aperto,
Intrabitq; ſacer tacito per operta meatu
Spiritus, & læto quatiet tua viſcera flatu.
Eia agè tende chelym, [a] fecundum concute pectus,
Magna mouens: abeat ſolitis impenſa facultas
Carminibus: maior rerum tibi naſcitur ordo.
Non modò iudicium Paridis, nec bella Gigantum
Falſa canas: fuerat puerili luſus in æuo
Iſte tuus; quondam decuerunt ludicra paruum.
Nunc animis grauior, quantum prouectior annis
Aſpernare leues maturo corde Camenas,
Et qualem caſtis iam congrua moribus ætas,
Atque tui ſpecimen venerabile poſtulat oris,
Suſcipe [b] materiam: diuinos concipe ſenſus.
Si decus è falſis aliquod, nomenq; tuliſti,
De vacuis magnum rebus, cùm ficta vetuſtis
Carminibus caneres, vel cùm terrena referres

a. & fecũdum P.

b. materiam, & F.

Geſta

Geſta triumphantum laudans inſignia Regum:
Non equidem ex illis tu laudem ſumere dignus,
Quos magis ornabas opulenti munere verbi.
Quantò maior ab his cedit tibi gloria cœptis,
In quibus & linguam exercens, mentem quoque ſanctam
[a] Erudies, laudemq́; ſimul, vitamq́; capeſſes!
Dumque leges catus, & ſcribes miracula ſummi
Vera Dei, propior diſces & carior ipſi
Eſſe Deo: quem dum credens miraris, amare
Incipies, & amando [b] Deum redamabere Chriſto.
Hactenus illa tuæ [c] vanos tuba vocis in vſus
[d] Perſona, diuinos modò [e] celſius intonet actus,
Noſſe [f] moues cauſſas rerum, & primordia mundi,
Ne vagus innumeros, Epicuri ſomnia, mundos,
Quos atomis demens per inane parentibus edit,
Irritus in vacuum ſpatiato pectore quæras.
Legiſer antiquo venerandus nomine Moſes,
Compoſitum prima repetens ab origine mundum,
Inſtituente Deo, curas tibi ſoluet inanes,
Formatumq́. hominem limo, & ſpiramine ſacro
Afflatum referens, cuius ſis munere cunctis
Celſior in terra ſpirantibus, ipſe docebit.
[g] Nec te, ceu lapides Pyrrhæ, argillámue Promethei
Contemnas, quem ſumma manus vultuq́;, animoque
Sublimem, & propria dignatus imagine finxit.
Cognoſces itidem, ne pergas tradere fatis
Arbitrium noſtri, quæ nos ſententia letho
Vinxerit, & cuius vitam ſub lege trahamus.
Si mentem cælo iacis altiùs, & ſuper aſtra
Scire cupis quid ſit, vel quid fuerit primus æuo,

a. Erudiēs, F.
b. reſtà illabere F.
c. vana F.
d. Perſonuit vanos F.
e. celſior intonat F.
f. magis F.
g. Neu F.



Ayuntamiento de Madrid

Et mundo, & ſeclis, docet ulteriora Ioannes.
Principio verbum, inquit, erat, Deus obſide verbo
Gaudebat, verbumq. Dei ſimul, & Deus idem
Verbum erat. hoc verbum eſt, ſine quo nihil, omnia per quod
Facta vigent, quod cuncta regit cui ſubdita paret
Omnia, & æterno natura omnis famulatu
Strata Deo geniti nomen genitoris adorat,
Cunctaq; per Gentes in maieſtate paterna
Regnantem dominum iam lingua fatetur Ieſum.
Nomine quo fundata ſalus ſtat noſtra, fidesq;
Nititur, æternæ tendens in ſecula vitæ.
Huius diuino mortales munere fulti,
Aſſequimur fragilem caſtis euincere factis
Naturam, & rigide diſrumpere vincula mortis,
Et non corporeis in corpore legibus uti,
Sectantes diuina Dei veſtigia Chriſti,
Mente animam corpusq; ſacris moderāte ſub armis.
Mens quoniam ſubiecta Deo, capit arma ſalutis,
Inq; animam, carnemq. ſuam regnum obtinet, & fit
Iure potens homo quiſque ſui: qui deditus uni
Æternum Domino, proprios regnator in artus
Efficitur, vitiis inuictus, & oſor iniqui:
Fortior aduerſis virtutibus, ordine iuſto
Verus homo: quia mente potens, in qua rationis
Lumen habet, famulos nullo certamine ſenſus
Temperat, & placidis ſua pectora flectit habenis.
Tu, cui mens generoſa ſuperni ſeminis igne
Ardet, in ætherios animo conſcende receſſus,
Et gremio Domini caput inſere: mox inhianti
Proflua lacte ſacro largus dabit vbera Chriſtus,
Diuinoq; tuam perfundet lumine mentem,

Vt

Ayuntamiento de Madrid

Vt videas, pulſa caligine, magna tremendi
Iura Dei: quibus omniparens ſapientia Chriſtus,
In ſeſe ipſe manens, ſemper nouat omnia rerum,
Atque vt vult operum Deus arbiter ipſe ſuorum
Continet, & mutat ſpecies, & tempora vitæ
Porrigit, aut retrahit, cælum, mare, ſidera, ventos,
Qua fecit virtute, regens: docet exitus ingens
Ægypti, merſuſque mari refluente tyrannus.
Et prius ipſe graues elementa per omnia motus
Expertus: quē cuncta tremant, cui cūcta miniſtrēt.
Tempore namque vno tellus communis habebat
Iudæos, quæ ſola Deo tunc læta fuit gens:
Et tamen illa Dei grauis hoſtibus ira ſuperbis,
Permiſtos inter populos diſcreta cucurrit.
Iam ſcio non dices, quòd Fors incerta procellas,
Et mare caſus agat, mare, cùm diſcedere iuſſum,
Diſceſſiſſe legas, ſiccamq; rigentibus vndis
Inter aquas patuiſſe viam, rurſuſq; ſolutum
Æquor, ad imperium ſancti, virgamq; prophetæ,
In liquidos remeaſſe ſinus; in vtroque maris vis
Paruit, vt ſanctis iter, & vindicta daretur.
Quid profugus Tharſum vates: quem ſorte periclò
In mare deiectum ſpatioſo bellua rictu
Cepit, & innocuum vaſta ructauit ab aluo?
Nónne docet ditione Dei mare & aſtra moueri?
Namq. Deum fruſtra fugiens, quē cuncta tenētem
Nemo fugit, mouit cæli ſimul, & maris iras.
Omnipotentis enim Domini natura, rebellem
Cognoſcens, timuit per ſe quaſi conſcia tutum
Ferre reum, & ventis fugitiuum vinxit, & vndis.
Iſte propheta Deo lectus terrere minaci
Peccantes monitu populos, poſtquam graue dixit,

Exi-

*Exitium, fregitq́; reos, auertit & iras*
*Numinis, impenſo lauit ſua crimina fletu,*
*Extremumq́ue diem fugit bene verſa Niniue.*
*Num rex ille habuit fatũ, qui morte propinqua*
*Orauit Dominum, quem leges nouerat vnum*
*Flectere poſſe ſuas, conſumtum vt tenderet æuum*
*Longius, & meruit tria ducere luſtra ſuperſtes*
*Annis ipſe ſuis, & non ſua viuere ſæcla?*
*Nunc tria miremur texentem fata Platonem,*
*Aut Arati numeros, & picta Manethonis aſtra?*
*Dicant quæſo vbi tunc rapidas naſcentibus horas*
*Ponebant, & quæ quibus ibant ſidera ſignis,*
a. 4. Reg. 20. *Cùm pius* [a] *Ezechias, fidei virtute precatus,*
b. caſus, B. *Verteret aſtrorum* [b] *curſus, cælique meatus*
*Turbaret, iuſſi retroacto lumine Solis?*
*Vel ducis imperio ſancti, cùm ſiſteret idem*
c. Solem *Dilata* [c] *Sol nocte diem victoria ſacri*
nocte, vt F. *Profligaretur populi, ſtetit orbe recurſo*
d. Librãs, F. [d] *Libra poli vt magnos caperet lux aucta triũphos?*
*Quid ſoboles, virtusq́; Dei, & ſapientia Chriſtus?*
*Nónne ſatis vanis curas erroribus aufert,*
*Nosq́; ſimul monitis, & factis edocet, vnum*
*Cuncta Deũ regere, & nihil vt ſine mẽte putemus*
*Principis eſſe Dei, dicens, non arbore frondem,*
*Aere non volucrem ſine iuſſu decidere, &, cùm*
*Omnipotens verbo ſternit mare, vel pede calcat,*
e. mortes F. *Et verbo* [e] *morbos abigit, vel Dæmonas vrget,*
*Aut reduces animas in corpora ſancta remittit,*
f. exani- mes F. *Iamq́; diu* [f] *exanimos tumulis iubet ire recluſis,*
*Integratq́; putres vita remeante ſepultos.*
*Nónne poteſtatem propriam ſatis indicat auctor,*
*Qui ſolus naturam omnem, vitamq́; gubernat?*

Hi,

Ayuntamiento de Madrid

His, precor, his potius ſtudiumq́; operamq́; legendis,
Scribendiſque voue: cane grandia cœpta Tonantis:
Scribe creatarum verbo primordia rerum,
Et Chaos ante diem, primæq́; crepuſcula lucis,
Quæq́; dehinc variis elementa per omnia ſæclis
Dicta, vel acta Deo, per ſancta volumina diſces,
Quæ docuit tabulis legalibus indita Moſes,
Aut Euangelici quæ lex noua teſtamenti
Signat, operta priùs retegens myſteria[a] Chriſti: a. Chriſti.
Tunc te diuinum verè memorabo poëtam,
Et quaſi dulcis aquæ potum tua carmina ducam,
Cùm mihi nectareos ſummis à fontibus hauſtus
Præbebunt, dominum rerum recinentia Chriſtum,
Atque tuam pollere Deo teſtantia mentem,
Vt ſimul oris opes à te, mentiſque capeſſam,
Et quem cognato iunctum mihi fœdere lætor,
Gratuler[b] & ſancta ſub relligione propinquum, b. hunc F.
Nec cum mortali ſoluendis corpore vinclis
Perpetuo ſanctum complectar pignere fratrem.

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid